

MONUMENTORUM GALATICORUM SYNOPSIS

Sive ad Inscriptiones & Numismata quae ad Res Galaticas spectant breves Conjecturae.





LIBURNI MDCCLXXII.

APUD THOMAM MASI SOCIOSQUE

Cum Adprobatione.





ERUDITISSIMO VIRO

JOANNI FRANCISCO

SEGUIERIO (1) NEMAUSENSI

Academiae Nemausensis διὰ βίου a Secretis

J. ANT. HUBERTUS

ROUDIL DE BERRIAC MONSPESSULANUS

Amico plurimum colendo.



Ostquam dilectissimi Patris, quem flere nunquam desinam, immatura mors studia quibus tunc temporis deditus eram, mihi eripuit, cogitare caepi de eligendo novo Studii genere, quod limites circumscripti temporis quod iis litterarum deliciis dare poteram, non egrederetur, & tamen impleret horas quae a negotiis liberae forent, si quae forte fuissent.

Nimirum memineram me dum varia evolverem Inscriptionum Nummorumque Syntagmata, Vidisse aliquot monumenta quae ad Res Galaticas pertinerent. Cupido inde animum incessit ea diligentius considerandi, immo spes aliqua affulsit fore ut ex eorum attenta comparatione & mutuo ut ita dicam lapidum collisu stricturas elicerem quibus imperii forma mores & Religio Galatarum illustrari possent.

(1) *Dignissimum tali honore, nuper, id est ineunte anno MDCCLXXII, Socium Liberum Regnicolam sibi adjunxit Illustrissima Inscriptionum Academia Parisiensis.*

Cum hoc propositum meum tibi, Vir amicissime, per epistolam aperuissem, rescripsisti te non dubitare quin viris litteratis hujus incepti perfectio valde placeret, vereri tamen ne exitus curis meis non responderet, meique conatus, ad discutiendam qua Galaticae Res involvuntur caliginem, parum proficerent.

Neque eventus vaticinationem tuam fefellit, & fatendum est me in eo Monumentorum campo praeter Regum & Magistratuum Galatiae aliquot nova nomina, brevemque Numinum quae ibi colebantur, festorum & certaminum quae celebrabantur, notitiam pauca demetenda invenisse. Nolui tamen laborem meum quantuluscumque fuisset irritum esse, & lucubratiunculas in vulgus edere statui, non ingratum fore ducens lectoribus eruditis sparsas in variis libris inscriptiones, sparsa numismata, intra volumen non amplum sane, collecta spectare.

Sed ut verum dicam, nihil mihi plus fiduciae & spei addidit quam benevolentia qua mihi non tantum nomina autorum subjecisti qui inscriptiones retulerant, praebuisti facultatem eas emendandi ex variis apographis, verum etiam observationes tuas de scriptione mea mihi amicissime misisti, e quibus quantum ipsi accesserit emolumentum memor sentio.

Jam vero hunc ordinem scribens secutus sum. Cum olim historiam Galaticam attigissem occasione praemii a perillustri Academia Tolosana propositi anno MDCCLXVII, (1) & perduxissem ad tempus quo Galatae a Romanis bello domiti sunt, antequam ad Inscriptiones accederem in hoc opusculo breviter enarrare volui res Galatarum gestas ab ea clade ad tempus redactae in Provinciam Galatiae ut inter utramque disputationem nexus aliquis foret & gradus sensim fieret ad Imperatorum Romanorum tempus cui hae antiquitatis reliquiae pertinent, si Regum Galatarum nummos, qui perpauci sunt, excipias. Inde ad lapides & numismata progressus sum, eaque pro viribus explicavi: felix si haec tentamina viro acutiori & rerum antiquarum magis perito aemulationem iniicerent eadem monumenta interrogandi iterum, & quod ipse inchoassem absolvendi.

Vale, Vir Clarissime, meque, si potes, amare perge, qui neminem aeque ac te veneror & diligo. Dabam Carcassi Calendis Decembris anni MDCCLXX.

EPI-

(1) *Quaestio his instituta fuit verbis.* Déterminer l'Origine & le caractère des Tectosages; l'Etendue & l'Etat de la partie de la Celtique qu'ils occupérent jusqu'à l'entrée des Romains dans leur pays, & les excursions qu'ils firent avant cette Epoque.

EPITOME SYNOPSIS.


Breviarium historiae Galatarum a tempore quo victi sunt ad tempus redactae in Provinciam Galatiae. Inscriptio I. Edm. Chisbullii observationes. Sebasteum. *Nominum Galaticorum cum Gallicis cognatio Gallicam originem arguit. Galatae conviviorum amantes. Ariamnes per integrum annum universae genti epulas praebet.* Gaesatodiastes *Amyntae pater. Montfalconii & Muratorii errorem refellit Hagenbuchius. Olei largitiones. Vox* τομῇ *explanata. Inscriptio II.* Sebastophantes. *Monumentum rerum ab Augusto gestarum. Scriptores qui illustraverunt laudantur. Inscriptio III. restituta. Inscriptio IV. brevis hujus marmoris historia, emendatio difficilis. Inscriptio elegans Apameae reperta obiter refertur. Inscriptio V. Tribus plures in Ancyranis lapidibus. Cuperi observationes in eam epigraphem. Inscriptiones VI. VII. Fabius Cilo Praeses Metropolis Galatiae, Consul Romae anno Christi* 204. *Inscriptiones VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. Observationes Th. Reinesii ad id monumentum. Inscriptio XV. Qu. Cosconius Fronto Procurator Augusti ad vectigalia vigesimae haereditatum per Galatiam. Vigesima pars haereditatum fisco praestanda. Inscriptiones XVI. XVII. Nomen Comitum Augustorum pro varia aetate varie acceptum. Dignitatis Praefecti Aerarii Militaris notitia. L. Fabius Cilo Legatus Augustorum Propraetor Galatiae. Inscriptio XVIII. L. Didius Marinus Procurator Galatiae, item familiae Gladiatoriae per eandem. Inscriptio XIX. L. Plotius Romanus Legatus Augusti Propraetor Galatiae. Inscriptio XX. M. Didio Severo Juliano Legato Augusti Propraetori Galatiae succedit, juxta Reinesium, L. Fabius Cilo, cui L. Fabius Valerianus. Inscriptiones XXI. XXII. C. Julius Senecio Procurator & Vice Praeses Provinciae Galatiae. Inscriptiones XXIII. XXIV.* Minister Germanicianus. *Inscriptio XXV. Beneficiarii, Cornicularii. Inscriptiones XXVI. XXVII.* Actor Quadragesimae Galatiae *vel* Galliarum. *Addenda. Inscriptio I. Mater Deum* Agdistis *cognominata apud Pessinuntios. Origo cognominis aperitur. Inscriptiones aliae quindecim minus nobiles.*

Numismata Regum Galatiae, Bitovii, Bituci, Psamyti, Caeantoli, Amyntae. *Nummus Galatarum autonomus. Nummi communis*

munis Galatarum coetus, sub Nerone, Tito, Nerva, Trajano. Nummi Tectosagum. Soli fertilitas. Dei Luni cultus. Nummi Ancyrae sub Imperatoribus percussi. Ancyra Galatiae Metropolis, hoc titulo jam Neronis temporibus insignita. Nummus Antinoi Ancyranus Magistratus nomen praefert. Serapidis cultus cum Isis Anubis Harpocratis cultu conjunctus. Ancyranorum & Heracleotarum concordia. Bacchus, Silenus, Pallas aliaque numina Graeca in nummis Galatarum signata. Spicae & papaver insignia Cereris. Diversa quatuor certamina Ancyrae instituta; Spanhemii opinio obiter refertur. Halys fluvius in nummo Septimii Getae. Lis de tempore quo Ancyra Neocora facta est. Actia Festa in hac urbe habita. Nummi Galatarum Tolistobogiorum Pessinuntiorum. Nominis Pessinuntiorum *variae originationes. Dianae, Mercurii in eorum nummis effigies. Pessinuntiorum Ancyranorum Senatus. Cybelae cultus. Trocmorum Tavianorum numismata. Taviani dicti* Severiani. *Tavium urbs primaria Galatarum Trocmorum. Halys fluvius in nummo Juliae Domnae. Abussenorum nummus. Jovis effigies in nummis Galatarum insolita.*



BRE-



BREVIARIUM
Historiae Galaticae.



Amprimum satis constat Galatas paruisse legibus quae ipsis a Consule Manlio dictae fuerant, (a) saltem quoad pacem cum Eumene servandam. Transeuntem enim in Graeciam ducenti equites Gallograeci comitati sunt, & simul auxiliati sunt P. Licinio Consuli bellum gerenti adversus Perseum Macedoniae Regem (b).

Praeerat his equitibus Cassignatus qui, ad explorandos hostes missus a Consule, cum quibusdam ex eorum agmine turmis quae praemissae quoque fuerant adverso Marte congressus, in praelio cecidit.

Haec Galatarum manus per biennium circiter in acie Romanorum stetit, donec Eumenes in Asiam reversus quos ex Gallograecia secum adduxerat equites Marcio Consuli relinquere negavit; (c) & secum reduxit. Attalo tamen fratri qui apud Consulem remanserat, haud multo post mille equites ex eadem gente misit. (d) Verum eos navibus ab Elaea profectos, & petentes Phanas promontorium Chiorum Antenor unus ex Persei ducibus classe persecutus sub maenibus urbis Chii ubi confugerant octingentos ferme cecidit, ducentos vivos coepit, adeo ut ex eo equitum numero vix ullus evaserit.

Nec diu post eam cladem grave Eumenem inter & Galatas bellum exarsit, in quo hi nisi universam Galatiam certe maximam ejus partem amiserunt, teste Polybio qui Pharnacem scribit

(a) Tit. Liv. l. 38. c. 40.

(b) Idem l. 42. c. 57. 58.

(c) Liv. l. 44. c. 13.

(d) Ibidem c. 28.

(a) Exc. Val. ex Diod. p. 318. Pol. leg. 55. p. 872.

(b) Pol. leg. 59. p. 880.

(c) Idem leg. 103. p. 932.

(d) Idem leg. 97. p. 929.

(e) Liv. leg. 45. c. 34.

(f) Pol. leg. 102. p. 931.

(g) Idem leg. 107. 108. p. 938. Strab. l. 12. p. 538.

(h) Liv. l. 45. c. 44.

(i) Just. l. 37. c. 4. ed 1656 p. 239. App. bell. Mith. p. 171. ed. Henr. Steph.

scribit Ponti Regem bellum quod gerebat (a) cum Eumene auspicatum esse misso ad devastandam Galatiam cum decem millibus equitum Leocrito. Atqui Galatae Pharnacis in hoc bello Socii erant, ut constat ex icto pacis faedere. (b) Patebat ergo Eumeni pars Galatiae in quam irrupit Leocritus.

Caeterum stabilis & diutina non fuit ditio Regis Pergameni in Galatiam & brevi partem amissam Gallograeci recuperavere, (c) favente Romano Senatu qui, Eumeni & Antiocho aeque diffidens, aliquid semper Gallis deferebat, eos que in vendicanda libertate adjuvabat. Inde evenit ut suum recepisse non satis esse rati jam regno Eumenis imminerent. (d) Senatus tamen Attalo rogante legatos in Asiam misit ad finiendum bellum; qui cum Synnada venissent, ubi Galli progressi erant, dum Eumenes ad Sardes copias contraheret, & Solovettium eorum ducem allocuti essent, (e) ferociorem deprecando factum experti sunt. Nonnihil ex hac superbia remiserunt postea Galatae Romamque miserunt legatos quorum patrocinio apud Senatum excusarentur; quibus auditis Patres pacem & legum suarum usum Galatis concessere, iisdem fere conditionibus quibus Manlius concesserat, nimirum regionis suae limitibus se continerent, & extra fines armati non prodirent. (f)

Romanorum quoque legatorum sententiis finita est controversia Galatas inter & Cappadociae Regem Ariarathem orta, qui (g) fauces per quas Melas fluvius exit in Euphratem obstruxerat, unde contigit ut amnis plusquam solebat intumesceret, & Galatarum terrae grave damnum inferret, propter quod Ariarathes, cum Romanis rem legatis exposuisset, dixissetque eorum judicio se acquieturum, Galatis trecenta solvere talenta damnatus est.

Nec praetermittendum specimen benevolentiae in Galatas Senatus edidit, cum Prusiae Bithyniae Regi roganti ut sibi daretur ager de Rege Antiocho captus, quem nulli datum a Populo Romano Galli possiderent, responsum est „ si ager nemini datus esset, legatos dignissimum eo dono Prusiam „ habituros esse. Si datus Gallis esset, ignoscere Prusiam de„ dere si ex nullius injuria quidquam ei datum vellet Po„ pulus Romanus. „ (h)

Ab ea tempestate cujus historiam hactenus perstrinximus usque ad Mithridatis nomine sexti tempora, id est per octoginta annorum spatium, quieta fuit Galatia. Cum autem ad regni administrationem accessisset Rex juvenis, (i) ambitione ardens, & ma-

& magis de augendo quam de regendo Imperio cogitans, ftatim Cappadociam, Paphlagoniam & Galatiam invafit, ex quibus tamen a Romanis cito deturbatus eft. Deinde intelligens quantum belli incendium excitaffet, Galatas variis beneficiorum muneribus illicere tentavit, iifdemque legatos auxilium petitum mifit; nec fruftra, ut licet conjicere ex oratione quam apud milites habuit in qua gratulatur fibi quod Gallos qui Afiam incolerent in partem virium fuarum numeret. (a) Major tamen Galatarum pars in fide Populi Romani manfit, ejufque auxiliis Refpublica Nicomedem in Bithyniae, Ariobarzanem in Cappadociae regna, unde ejecti fuerant a Mithridate reduxit. Galatae autem qui Pontici Regis arma fecuti erant in partem Victoriae ex Aquilio, Q. Appio & Maltino relatae venerunt.

(a) Juft. l. 38. c. 3. 4. p. 243. 244.

Nec multo poft Mithridates clade ad Chaeroneam accepta territus, metuenfque ne Galatae a fe ad Romanos defcifcerent (b) praeftantiffimos ex ea gente fexaginta Viros fub amicitiae fpecie ad fe Pergamum vocavit, mox tanquam obfides retinuit. At illi indecore & captivorum inftar (c) tractari fe indigne ferentes confilium capiunt irruendi in Mithridatem incautumque occidendi. Caute legendi funt hoc de facto *Claudius de Vic* & *Jofephus Vaiffete* qui conjuratos adortos effe Regem perperam tradunt. (d) Narrat *Plutarchus* callidum hoftem rem ex indicio cognoviffe, Galatafque omnes ad unum trucidari juffiffe, excepto juvene qui *Bepolitanus* vocabatur quem ob formae praeftantiam Rex adamabat.

(b) App. p. 199.

(c) Plut. de virt. mul. t. 2. p. 259. ed. 1620.

(d) Hift. de Languedoc t. 1. p. 74.

Immo Tetrarchas alios qui in Galatia remanferant infidiis oppreffit Mithridates, necavit que cum uxoribus & liberis, (e) exceptis tribus fuga fervatis, confifcatifque eorum bonis praefidia in civitates induxit, & genti Satrapam Eumachum impofuit. Sed Tetrarchae tres qui evaferant collecta ex agris militum manu cum praefidiis fuis eum ex Gallograecia ejecerunt, adeo ut Mithridates ex ea gente nihil reliquum, praeter pecuniam, haberet.

(e) App. p. 200.

Ex iis Gallorum Principibus unus nomine *Dejotarus Tolistobogiorum* Tetrarcha in bellis horum temporum valde enituit (f) fingulari fide & amicitia erga Romanos, quorum Imperatores copiis fuis faepe adjuvavit, Ciceronem praefertim, cui bellum in Ciliciam gerenti duo millia fexcentofque equites & decem millia peditum adduxit, quibus Proconful miffum adverfus Parthos exercitum duplicavit. (g)

(f) Strab. l. 12. p. 547. Cic. Phil. 11. c. 12 n. 31. c. 13. n. 33. 34. Ep. ad fam. l. 15. Ep. 1. 2. 4. Ep. ad Att. l. 5. Ep. 17.

(g) Plut. in Cic. t. 1. p. 878.

Idem

Idem in bello civili Pompeium inter & Caesarem, causam Reipublicae proditurum se ratus nisi Pompeii partibus adhaereret, pro eo pugnavit in praelio Pharsalico, (*a*) sexcentos equites Gallograecos secum habens praeter trecentos quibuscum *Dejotari* nepos *Castor* (minime vero *Saocondarius* ipsius gener) (*b*) ad Pompeium venerant, immo victum & fugientem comitatus est. (*c*)

Nec immemores fuerunt erga *Dejotarum* Pompeius Senatusque: prior ei partem Ponti, quae a Pharnacia & Trapezunte ad Colchos usque extenditur, dono dedit: (*d*) Senatus Armeniam Minorem cum titulo *Regis* concessit. Adjecerat his regionibus *Dejotarus* ademptas suis dominis *Tectosagum Trocmorumque* Tetrarchias. (*e*)

At mortuo Pompeio victoris iram veritus, metuensque ne Caesar Tetrarchis regna sua repetentibus faveret, haud dubia reditus sui ad eum indicia dedit, (*f*) pecuniam misit ad bellum adversus Pharnacem gerendum, stetit in acie contra eundem cum duabus legionibus quas disciplina atque armatura Romana constitutas habebat, (1) & equitibus centum, (*g*) postremo supplex adiit Caesarem oratum ut sibi ignosceret, veniamque impetravit. Amisit tamen Gallograeciae partem & Armeniam Minorem. Hanc Caesar Ariobarzani Cappadociae Regi attribuit, (*h*) illam *legibus Gallograecorum jure gentis & cognationis Mithridati Pergameno* quem mox Regem Bosphori constituerat *adjudicavit*. (*i*)

Et parum absuit quin Imperii sui reliqua pars eriperetur *Dejotaro*, fraude *Castoris* nepotis ipsius ex filia, qui regnum avitum obtinendi cupiditate impulsus accusavit *Dejotarum*, quo tempore Caesarem domi suae hospitio exciperet, voluisse interficere. (*k*) Defensum acriter a Bruto, Tullioque ipsius hospite Caesar nec ausit damnare nec absolvere voluit, sed judicium dimisit ad tempus quo in Asiam iret, remque diligentius explorare posset. Interim obiit, & *Dejotarus* simul atque audivit Caesaris interitum, pulsis Ariobarzane & Mithridate, Armeniam Minorem & Gallograeciae partem amissam, suo Marte recuperavit. (*l*)

Porro

(*a*) Cic. Phil. 11. c. 13 n. 34. pro. Dej. c. 5. n. 13. c. 10. n. 28. Caesar de bell. civ. l. 3. ed. 1670. p 579 580. Hirtius bell. Alex. p. 743. Dio l. 42. p. 183.
(*b*) Vide Hist. de Languedoc t. 1. p. 102.
(*c*) Plut. in Pomp. t. 1. p. 658.
(*d*) Strab. l. 12. p. 547.
(*e*) Cic. Phil. 2. c. 37. n. 94. de Har. Resp c. 13. n. 29. Hirtius loc. cit. Strab. l. 12. p. 567.
(*f*) Cic. pro. Dej. c. 5. n. 14. Hirt. de bell. Alex. p 715.
(*g*) Idem ibid. p. 743.
(*h*) Cic. Phil. 2. c. 37. n. 94. Dio l. 42. p. 183.
(*i*) Hirt. Ibid. p. 750.
(*k*) Cic. in Brut. c. 6. n. 22. Ep. ad Att. l. 14. Ep. 4. & pro Dejot. Confer. Hist. de Cic. traduite de l'Anglois de Middleton Paris 1743. t. 3. p. 343. 344.
(*l*) Cic. Phil. 2. c. 37. n 94.

(1) *Ex his legionibus una in praelio quo Pharnaces Domitium vicit caesa est, altera succedente tempore Romanis adnumerata* XXII. DEIOTARIANA *vocatur apud Grut.* 373, 4. *Vide. M. Velserum in Monum. Aug. Vindel. p.* 267.

Porro inultam non reliquit *Saocondarii* generi sui perfidiam, qui cum *Castore* accusationem machinatus fuerat, cumque in regia sua cum uxore trucidavit. Nempe *Castor* quo nemo nocentior erat, debitas sibi paenas fuga praeverterat. (*a*)

Bruto adversus Triumviros aliqua auxilia misit jam Senior *Dejotarus*, (*b*) eo que victo M. Antonii partibus adhaesit, donec ejus fortunae jure diffidens paulo ante Actiacam pugnam ad Caesarem Octavianum cum *Amynta* descivit, mox, aetate confectus, gloria circumfusus, decessit. (*c*)

Nupserat *Dejotarus Stratonicae* quae, sterilis cum esset, maritumque suum legitimos filios quos regni haeredes instituerет desiderare sciret, persuasit ei ut ex concubina *Electra* vocata susciperet liberos, natosque tanquam suos dilexit, amanter & magnifice educavit. (*d*)

Filium habuit ex *Electra* sibi cognominem *Dejotarus*, summae spei juvenem, *Regio* nomine decoratum a Senatu (*e*) duasque filias quarum unam *Saocondario*, alteram *Brogitaro* cuidam locavit, quem cum *Bogodiatore* confundunt *Historiae Occitanicae Clarissimi Scriptores:* at vereor mehercule ne germanitate nominum ducti (*f*) decepti que fuerint.

Caeterum qui liberis olim caruerat eorum frequentia postea laboravit, si *Plutarcho* credimus qui *Dejotaro* crimini dat cum vellet uni ex filiis regnum domumque relinquere alios necasse; quod si verum sit, aestimare facile est quam fidem mereantur quae de moribus & probitate viri praedicat *Tullius*. (*g*) Consuli possunt quae de hoc argumento & de superstitione *Dejotari* ingeniose scripsit Doctissimus *Petrus Baylius*. (*h*)

Dejotaro extincto regnum ad ipsius filium non pervenit. (*i*) *Castor* aliquandiu imperio potitus ab *Amynta* brevi depulsus est, qui vivo *Dejotaro* Galatiae partem aliquam jam tenuerat. Hic Antonianis partibus addictus primum, ante Actiacam Victoriam migravit ad Caesarem, (*k*) eoque permittente regnum Galatiae cum Lycaonia & urbibus aliquot Pamphyliae quoad vixit habuit. (*l*) Verum eo mortuo regnum ejus filiis non tradidit Augustus, sed in speciem *Provinciae* redegit, adeo ut unus ex iis *Pylaemenes* ex eo Imperii splendore praeter nomen vanum *Filii Regis Amyntae*, quod in inscriptione subsequenti gerit, nihil fere retineret. Hinc Galatia *Romanum* habere *Praefectum* coepit, eamque primum *Lollius pro Praetore* administravit. (*m*)

(*a*) Strab. l. 12. p. 568.

(*b*) Dio l. 47. p. 341.

(*c*) Plut. in Ant. t. 1. p. 945. Hist. Rom. Paris 1754. t. 16. p. 58.

(*d*) Plut. de vir mul. p. 258.

(*e*) Cic. Phil. 12. n. 31. c. 13. n. 33.

(*f*) Hist. de Lang. t. 1. p. 102.

(*g*) Plut. de Stoic. contr. t. 2. p. 1049. Cic. Phil 11. c. 13. n. 34. de Har. Resp. c. 13. n. 29. pro Dej. c. 6 n. 16. c. 9. n. 27.

(*h*) Bayle v. Dejotarus ed. 1734. t. 2. p. 594. 5. 6.

(*i*) Dio. l. 48. p. 377.

(*k*) Plut. in Ant. p. 944. 945.

(*l*) Dio l. 57. p. 514.

(*m*) Dio ibid. Rufus in breviario. Eutr. l. 7. c. 5. P. Diac. hist. misc. l. 10. c. 3.

INSCRIPTIONES

Per Galatiam repertae aut ad Res Galaticas pertinentes.

I N S C R. I.

Ancyrae.

ΓΑΛΑΤΩΝ Ο ΔΗΜΟΣ . . . .
ΡΑΣΑΜΕΝΟΣ . . . .
ΣΕΒΑΣΤΩ . . . .
. . . . ΘΕ
ΑΣ ΕΔΩΚΕΝ ΚΑΙ ΜΟΝΟ
ΜΑΧΩΝ ΖΕΤΓΗ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΚΑΙ ΚΤΝΗΓΙΟΝ ΕΔΩΚΕΝ
ΤΑΤΡΩΝ ΚΑΙ ΘΗΡΙΩΝ. . . . .
. . . . ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ
ΕΔΩΚΕΝ ΘΕΑΣ ΚΑΙ
ΚΤΝΗΓΙΟΝ ΕΔΩΚΕΝ
ΕΠΙ Μ ΛΟΛΛΙΟΤ ΠΤΛΑΙ
ΜΕΝΗΣ ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΜΤΝ
ΤΟΤ ΤΙΟΣ ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ
ΔΙΣ ΕΔΩΚΕΝ ΘΕΑΣ ΔΕ ΤΡΙΣ.
ΕΔΩΚΕΝ ΑΓΩΝΑ ΓΤΜΝΙΚΟΝ
ΑΡΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΚΕΛΗΤΩΝ
ΕΔΩΚΕΝ ΟΜΟΙΩΣ ΔΕ ΤΑΤΡΟ
ΜΑΧΙΑΝ ΚΑΙ ΚΤΝΗΓΙΟΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣ
ΠΟΛΙΝ ΤΟΠΟΤΣ ΑΝΙΕΡΩΣΕΝ ΟΠΟΤ
ΣΕΒΑΣΤΕΙΟΝ ΕΣΤΙΝ ΚΑΙ Η ΠΑΝΗΓΤ
ΡΙΣ ΓΕΙΝΕΤΑΙ ΚΑΙ Ο ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΣ
ΑΛΒΙΟΡΙΞ ΑΤΕΠΟΡΕΙΓΟΣ ΔΗΜΟΘ
ΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΑΝΕ
ΘΗΚΕΝ

ΘΗΚΕΝ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ
ΣΕΒΑΣΤΗΣ . . . .
ΑΜΥΝΤΑΣ ΓΑΙΖΑΤΟΔΙΑΣΤΟΥ ΔΗΜΟ
ΘΟΙΝΙΑΝ ΔΙΣ ΕΔΩΚΕΝ ΕΚΑΤΟΜΒΗΝ
ΕΘΥΣΕΝ ΘΕΑΣ ΕΔΩΚΕΝ ΣΕΙΤΟΜΕΤΡΙΑΝ
ΕΔΩΚΕΝ ΑΝΑ ΠΕΝΤΕ ΜΟΔΙΟΥΣ
. . . . ΗΣ ΔΙΟΓΝΗΤΟΥ
ΑΛΒΙΟΡΙΞ ΑΤΕΠΟΡΕΙΓΟΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ ΕΠΙ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ ΦΥΣΕΙ
ΔΕ ΕΥΡΥΑΛΟΥ ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ
ΕΘΗΚΕΝ ΜΗΝΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ
ΜΟΥΣΑΝΟΣ ΑΡΤΙΚΝΟΥ ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ
. . . ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ
ΗΛΙΨΕΝ ΜΗΝΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΣ
ΠΥΛΑΙΜΕΝΗΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ ΥΙΟΣ
ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ . . . .
ΕΝ ΑΝΚΥΡΗ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ
. . . . . ΘΕΑΣ ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΝ
ΕΔΙΔΩ ΟΜΟΙΩΣ ΔΕ ΤΑΥΡΟΜΑΧΙΑΝ
ΚΑΙ ΠΥΚΤΑΣ ΚΑΙ ΜΟΝΟΜΑΧΩΝ ΖΕΥΓΗ
ΕΔΩΚΕΝ ΔΙ ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ
ΘΗΡΟΜΑΧΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ
ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ ΕΔΩΚΕΝ ΕΝ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙ
ΜΟΝΟΜΑΚΩΝ ΖΕΥΓΗ ΕΔΩΚΕΝ ΚΑΙ
ΕΝ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙ Τ ΗΛΙΨΕΝ
ΤΑ ΔΥΟ ΕΘΝΗ ΟΛΩ ΤΩ ΕΝΙΑΥΤΩ
ΑΓΑΛΜΑΤΑ ΕΝ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΣ ΔΙΣ
ΕΔΩΚΕ ΔΥΣΙ ΠΟΛΕΣΙΝ ΗΛΙΨΕ ΤΑ ΔΥΟ
ΕΘΝΗ ΔΙ ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ
. . . . ΕΔΩΚΕΝ

ΙΟΥΛ'ΟΣ ΠΟΝΤΙΚΟΣ ΔΗΜΟΘΟ'ΝΙΑΝ
ΕΔΩΚΕΝ ΕΚΑΤΟΜΒΗΝ ΕΘΥΣΕΝ
. . . . ΕΠΙ ΑΥ. . . . . .
ΑΡΙΣΤ . . . ΕΔΩΚΕΝ ΕΛΑΙΟΝ ΕΘΗΚΕΝ
ΔΙ ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ
ΚΟΙΝΤΟΣ ΓΑΛΛΙΟΣ ΠΥΛΑ. . . . . .
Δ:Σ ΕΔΩΚΕΝ ΚΑΙ ΕΝ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙ
ΕΚΑΤΟΜΒΗΝ ΕΘΥΣΕΝ

Γαλατῶν ὁ δῆμος (ἱε)
ρασαμένος (Καίσαρι)
Σεβαστῷ (ἀνέστησεν) (1)
. . . .
θέας ἔδωκεν, ϗ μονομάχων
ζεύγη τριάκοντα,
ϗ κυνήγιον ἔδωκεν,
ταύρων ϗ θηρίων. . .
. . . δημοθοινίαν (2)
ἔδωκεν, θέας ϗ
κυνήγιον ἔδωκεν.
ἐπὶ Μ. Λολλίου (3) Πυλαιμένης
Βασίλεως Ἀμύντου
υἱὸς δημοθοινίαν
δὶς ἔδωκεν, θέας δὲ τρὶς
ἔδωκεν, ἀγῶνα γυμνικὸν
ἁρμάτων ϗ κελήτων
ἔδωκεν, ὁμοίως δὲ ταυρομαχίαν,
ϗ κυνήγιον, ϗ πρὸς
πό. .ν τόπους ἀνιέρωσεν ὅπου
Σεβαστεῖον (4) ἔστιν ϗ ἡ πανήγυρις
γείνεται, ϗ ὁ Ἱππόδρομος.
Ἀλβιόριξ Ἀτεπόριγος (5) δημοθοινίαν
ἔδωκεν, ἀνδριάντας ἀνέθηκεν

Galatarum Populus
Sacerdotio functus *Caesari*
Augusto posuit.
. . . .
spectacula dedit & gladiatorum
paria trecenta,
& venationem dedit,
taurorum ac ferarum (pugnam),
. . . . Epulum publicum
dedit, spectacula &
venationem dedit.
Sub *M. Lollio Pylaemenes*
Regis *Amyntae*
filius publicum epulum
bis dedit, spectacula ter
dedit, certamen Gymnicum
curribus & equis desultoriis
dedit, similiter que taurorum pugnam,
& Venationem, & juxta
urbem loca consecravit ubi
Sebasteum est, & *Panegyris*
cum equorum cursu celebratur.
Albiorix Ateporigis publicum epulum
dedit, statuas posuit

Καίσαρος ϗ Ἰουλίας
Σεβαστῆς (6) . . . .
Ἀμύντας Γαιζατοδιάστου (7) δημοθοινίαν
δὶς ἔδωκεν, ἑκατόμβην
ἔθυσεν, θέας ἔδωκεν, σειτομετρίαν
ἔδωκεν ἀνὰ πέντε μοδίους.
. . . . ης Διογνήτου
Ἀλβιόριξ Ἀτεπόρειγος τὸ δεύτερον
δημοθοινίαν ἔδωκεν ἐπὶ Φρόντωνος.
Μητρόδωρος Μενεμάχου, φύσει
δὲ Εὐρυάλου, (8) δημοθοινίαν ἔδωκεν,
ἔθηκεν (9) μῆνας τέσσαρας.
Μουσανὸς Ἀρτίκνου δημοθοινίαν ἔδωκεν.
. . . . Σελεύκου δημοθοινίαν ἔδωκεν,
ἤλιψεν (10) μῆνας τέσσαρας.
Πυλαιμένης Βασίλεως Ἀμύντου υἱὸς
δημοθοινίαν ἔδωκεν . . . . . .
ἐν Ἀγκύρῃ Τεκτοσαγῶν
θέας ϗ πομπὴν (11)
ἔδιδω· ὁμοίως δὲ ταυρομαχίαν, (12)
ϗ πυκτας, ϗ μονομάχων ζεύγη
ἔδωκεν δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ·
θηρομαχίαν ἔδωκεν,
δημοθοινίαν ἔδωκεν, ἐν Πεσσινοῦντι
μονομάχων ζεύγη ἔδωκεν, ϗ
ἐν Πεσσινοῦντι τὲ ἤλιψεν
τὰ δύο ἔθνη (13) ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ·
ἀγάλματα ἐν Πεσσινοῦντι ἀνέθηκεν.
Σέλευκος Φιλοδάμου δημοθοινίας δὶς

Caeſaris & *Juliae*
Auguſtae . . . . . .
Amyntas Gaeſatodiaſti (filius) publ. epulum
bis dedit, hecatombem
immolavit, ſpectacula dedit, annonam
praebuit quinque modiorum per ſingulos.
. . . . *Diogneti*
Albiorix Ateporigis ſecundo
publicum epulum dedit ſub *Frontone*
Metrodorus Menemachi (adoptione) natura
autem *Euryali* (filius) publicum epulum dedit,
(oleum) praebuit per menſes quatuor.
Muſanus Articni publicum epulum dedit.
. . . *Seleuci* publicum epulum dedit
unxit per menſes quatuor.
Pylaemenes Regis *Amyntae* filius
publicum epulum dedit . . . . .
in *Ancyra Tectoſagum*
Spectacula & Pompam
dedit, ſimiliterque taurorum pugnam,
& pugiles & gladiatorum paria
exhibuit per totum annum,
ferarum pugnam exhibuit,
publicum epulum dedit, *Peſſinunte*
gladiatorum paria exhibuit, &
Peſſinunte quoque unxit
ambos populos per annum totum,
Simulacra *Peſſinunte* poſuit.
Seleucus Philodami publicas epulas bis

ἔδωκε δυσὶ πόλεσιν, ἤλιψε τὰ δύο	dedit duabus urbibus, unxit ambos
ἔθνη δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ·	populos per annum totum,
. . . . ἔδωκεν.	. . . . . . (ſpectacula) dedit.
Ἰούλιος Ποντικὸς δημοθοινίαν	*Julius Ponticus* publicum epulum
ἔδωκεν, ἑκατόμβην ἔθυσεν	dedit, hecatombem immolavit
. . . . ἐπὶ Αυ . . .	. . . . Sub *Au* . . .
Ἄρις . . . . . ἔδωκεν, ἔλαιον ἔθηκεν	*Ariſt* . . . . . dedit, oleum praebuit
δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ.	per annum totum.
Κόϊντος Γάλλιος Πυλλ. . .	*Quintus Gallius Pyll* . . . . . .
δὶς ἔδωκεν καὶ ἐν Πεσσινοῦντι	bis dedit, & *Peſſinunte*
ἑκατόμβην ἔθυσεν.	hecatombem immolavit.

(i) EX *Montfalconii Palaeographia* Graeca p. 157. in *Theſaurum Muratorianum* haec inſcriptio devenit. Habetur verſibus pluribus auctior in *Lucaſii* itinerario t. 1. p. 395. Emendatam ex variis apographis auctamque hic exhibemus. *Edm. Chisbullius* ubi de *Monumento Ancyrano* egit priores tres verſus, ut ſupra retulimus, ſupplevit, addiditque.

Hanc e ſchedis Tournefortianis *templi conſecrationem diſcimus. Porro vocatum fuiſſe* Sebaſteum *locumque ei primitus extruendo dedicatum fuiſſe in ſuburbio a* Pylaemene Regis Amyntae *filio Schedae docent* Fabrianae, *quas dum aere numerato emit emptaſque indignis modis corrupit, ſuas vero revera fecit* Lucaſius. *Extant hodie in ſuburbio Ancyrano,* Sebaſtei *ipſius parietibus inſcriptae, & una cum prioribus correctae ſic leguntur.*

Inde *Chisbullius* partem tradidit Inſcriptionis quae habetur apud *Lucaſium* a verſu ἐπὶ Μ. Λολλίου, ad verba ἀνδριάντας ἀνέθηκεν Καίσαρος . . . . . . *Sequuntur*, inquit, *alia bis ſimilia Principum Virorum nomina, quae vertentibus annis, & recurrente panegyri, ſive dedicationis* Sebaſtei *die feſto, & data & inſcripta fuiſſe crederem. Ea habe, Lector apud* Lucaſium *in itinerario &* Montfalconium *in* Palaeographia, *at mecum interim recollige commune Galatarum ſibi propriam vendicaſſe hujus Templi* Neocoriam, *& ſub Pontifice ſuo* Galatarcha, *ſacra Auguſti adminiſtraſſe, quem itidem* Sebaſtophantem, *hoc eſt,* Auguſtalem Flaminem, *appellitabant.*

δημο-

(2) δημοθοινίαν. Quam delectarentur his epulis Galatae & quam ſplendide ea appararentur docent quae tradit ex Philarcho Athenaeus. (*a*) Ariamnem *Gallum ditiſſimum Gallis omnibus promiſiſſe futurum anno ſe toto convivatorem, idque praeſtitiſſe hac ratione & diligentia. Opportuniſſimas vias tractuum illius regionis manſionibus diviſit & obſedit, atque in illis ex arundinibus, palis, & Amerina ſalice tabernacula exſtruxit, quae trecentos circiter viros caperent, aut etiam plures, quantum locus permitteret, ut commode ex oppidis atque vicis concurſura multitudo exciperetur. Illic ahena magna carnibus omnifariis plena ſtatuit, quae anno prius antequam id futurum eſſet accitis ex oppidis artificibus, fabricanda curaverat. Quotidie multas hoſtias immolavit, tauros, ſues, oves, aliaſque pecudes, multa vini dolia comparavit, polentaeque jam ſubactae plurimum, eaque rerum copia voluit frui non ſolum qui ex urbibus aut pagis adventabant ſed praetereuntes externos homines, quos ei negotio praefecti ſervi non dimitterent, priuſquam epularum fuiſſent participes.*

(*a*) Athen. l. 4. c. 13. p. 150.

(3) ἐπὶ Λολλίυ Πυλαιμένης. *M. Lollius* idem eſt cujus ſupra meminimus in fine epitomes hiſtoriae Galaticae. *Pylaemenis* filii Regis *Amyntae* nomen, quod in nullo alio quod norim monumento reperitur, jam vulgaverant doctiſſimi *Annalium Occitanicarum Scriptores*. (*b*)

(*b*) Hiſt. de Lang. t. 1. p. 103.

(4) Σεβαϛεῖον. *Sebaſteum* fuiſſe templum Imperatori Auguſto dedicatum patet ex iis quae ſupra adnotavimus.

(5) Ἀλβίοριξ Ἀἰετόρειγος. *Albiorix Ateporigis Filius* idem, ni fallor eſt ac *Teporix* Tetrarchici generis Galatarum cujus meminit Strabo (*c*), cujuſque in nomine ſcribae incuria primam litteram facile omiſerit. En duo nova nomina addenda Gallicis jam notis, quae ſimiliter deſinunt, qualia *Dumnorix* (*d*), *Orgetorix* (*e*), *Vercingetorix* (*f*), *Synorix* (*g*), *Thoredorix* (*h*), *Adiatorix* (*i*), quibus addam *Toutodivicem* quod videre me memini in eleganti lapide qui *Nemauſi* cum aliis pluribus delectis in horto *Clariſſimi Seguierii* adſervatur, & *Eskingorigem* quod legitur in Inſcriptione ſequenti quam prope *Nemauſum* deſcripſit idem, communemque mecum eſſe voluit.

(*c*) Strab. l. 12. p. 514.
(*d*) Caeſ. bell. Gall. ed. 1670. p. 6. 17.
(*e*) Ibid. p. 6. 7.
(*f*) Ibid. l. 7. p. 268. 287.
(*g*) Plut. de virt. Mul. p. 257.
(*h*) Ibid. p. 259.
(*i*) Strab. l. 12. p. 558.

ЄCKIΓΓO		
PEIΞKO	Ἐσκιγγόρειξ	*Eskingorix*
NΔIΛΛE	Κονδιλλέος.	*Condillis* (*filius*).
OC		

Haec nominum Galaticorum cum Gallicis cognatio grave per se argumentum esset, si alia deessent, *Colonias Celticas* quae in Asia Minore consederunt, ex Galliis oriundas esse contra doctissimi (*a*) *Pelloutierii* sententiam in dissertatione scripta *de Galatis* quae ad *Historiae Celticae* calcem edita est expressam. Nonnulla hac de re olim agentes de origine & indole *Volcarum Tectosagum* animadvertimus.

(*a*) Hist. des Celtes La Haie 1750. t. 2. p. 365.

(6) Καίσαρος κ̀ Ἰυλίας Σεβάςης. Statuae quarum mentio hic est *Caesari Augusto* & *Juliae* ejus filiae quae primum *Agrippae*, deinde *Tiberio* nupsit, dicatae erant. *Amyntam* enim Augusti tempore vixisse, & Regem Galatiae fuisse citra dubium est. (*b*)

(7) Γαιζατοδιάςου. *Gaesatodiasti* nomen a voce Gallica *Gaesum* id est grave jaculum quo Galli in bello uti consueverant ductum est (*c*), a *Gaesis* viros fortes apud Gallos dictos fuisse *Gaesos* monet *Servius* ad *lib.* 7. *Aeneidos*, indeque Galli milites conductitios *Gaesatas* appellarunt. *Gaesatae*, juxta alios, gens quaedam sub Alpina erant, quae prope Rhodanum incolebat. (*d*) Certe fatendum est *Gaesatodiasti* nomen ut ea quae supra recensuimus Gallicum solum redolere. In Fastis Historiae Galaticae interim referamus, nomen *Amyntae* Patris cujus nullus quem sciam autor hactenus meminerat.

(*b*) Str. l. 12. p. 567. Plut. in Pomp. p. 945. Rufus in Breviario.
(*c*) Hes. v. Γαιζα. Jul. Poll. l. 7. c. 156. & interp. ibid. p. 799. ed. 1728. vide Vossii Etym. v. *Gaesum*.
(*d*) Hist. de Lang. t. 1. p. 22.

(8) Φύσει δὲ Ευρυάλυ. *Montfalconius Muratoriusque* legunt φύσει Διρυλάυ. Vertuntque natione *Dirylaei* sive *Dorylaei*. At cum in apographo *Lucasiano* habeatur φύσει & hanc vocem excipiat Ε'υρυάλυ, quod viri nomen est & neutiquam oppidi, locus verti debet: *natura Euryali Filius*. Nempe *Metrodorus* ille *Menemachi* filius erat adoptione, natura vero *Euryali*, idque eruditissimus Hagenbuchius prior animadvertit. (*e*) *Cur* Muratorius, inquit, *non didicit pessime* φύσει *natione verti?* Διρυλάυ *autem dirimi debet in* δὲ & ΡΥΛΑΟΥ, *vertique Metrodorus Menemachi filius per adoptionem*, natura vero Rylai, *licet patris naturalis nomen sanum non praestem*. Hoc quidem olfecerat doctus ille vir, remque acu tetigisset si vocem ΕΥΡΥΑΛΟΥ in apographo *Lucasiano* deprehendisset. In marmoribus *Oxonianis* memoratur *Chrysippus quidam Antiphani filius qui natura Attalus vocabatur*, (*f*) χρύσιππυ τῦ Αντιφάνυ τῦ φύσει Α'τ̃άλυ.

(*e*) Gasp. Hagenb. Epist. Ep. p. 156.

(*f*) Marm. Oxon. n. IX.

(9) ἔθηκεν id est, ἔλαιον ἔθηκεν. *Oleum statuit, praebuit*; hujus lectionis ratio patet ex infra adnotatis.

ἤλιψεν.

(10) ἤλιψεν. Id est, *sumptus praebuit ad unctiones Palaestritarum*, inquit *Montfalconius*, meminitque hoc loco collegii ἀλειφομένων sive *eorum qui unctiones agerent* cujus mentio est apud *Gruterum p.* 327., & loci peragendis unctionibus destinati qui ἀλιπτήριον vocatur *Marm. Oxon. p.* 93. Equidem hac vocula ἤλιψεν designari conjicerem datam cuique certam olei copiam ad usum mensae vel domus, ut supra frumentum distribui vidimus, eique sententiae favet quod infra legitur ἔλαιον ἔθηκεν δι' ὅλυ τῦ ἐνιαυτῦ, *oleum praebuit per totum annum*, uti supra σειτομετρίαν ἀνὰ πέντε μόδιυς *annonam quinque modiorum per singulos* dari animadvertimus. Nihil vetat quoque eas unctiones referre ad unguentorum usumqui frequentissimus fuit in caenis antiquorum. (*a*) Certe Asiaticas gentes quas molles alioquin & deliciis valde deditas fuisse scimus unguenta magni fecisse constat, exemplo *Syrorum*, & *Sardianorum* quos idcirco notat Athenaeus. (*b*) Nec mirum si ii quorum intererat popularem gratiam aucupari unguentorum largitiones adhibuerint, ita effusas aliquando ut qui accepissent haberent unde per menses plures uterentur. Caeterum haec olei vel unguentorum dona minus immodica videri debent secundum ea quae de *Ariamne* retulimus.

(*a*) Athen. l. 15. c. 13. p. 691. 692.

(*b*) Athen. d. l.

(11) πομπὴν. *Processionem* interpretatur *Muratorius*. *Ludos* mallem. Nimirum verbo πομπὴ Graeci *Ludos* & *Solemnitatis* genus quodlibet indicabant. Quare apud ipsos πομπὴ & πανήγυρις Synonyma verba erant, & *Menander Thucydidesque Dionysiaca & Panathenaea festa* Διονυσίων πομπὴ & Παναθεναϊκὴ πομπὴ vocant, ut notant ad id verbum *Lexicorum autores*. (*c*) Nempe qui Inscriptionem posuit per Syllepsin θέας κ̀ πομπὴν dixit, varia spectaculorum ludorumque genera unico verbo complectens, quae statim in taurorum, ferarum, pugilum, gladiatorumque pugnas distinguit.

(*c*) Thes. ling. Graec. Gull. Robertson Cantabr. 1676. voce πομπή.

(12) Ταυρομαχίαν & paulo infra θηριομαχίαν. *Commode augebuntur*, inquit Hagenbuchius, *duobus bis nominibus Lexica Graeca*.

(13) τὰ δύο ἔθνη. *Ancyranos* nempe & *Pessinuntios*, ut infra dixit δυσὶ πόλεσι, nisi quis malit intelligere *Tectosagas* & *Tolistobogios*, quorum Urbes primariae fuerunt *Ancyra* & *Pessinus* de quibus mentio supra iniecta est.

C 2 INSCR.

INSCR. II.

Ancyrae.

Τ ΦΛ ΓΑΙΑΝΟΝ ΙΠΠΕΑ ΡΩΜΑΙΟΝ
ΚΑΙ ΔΙΣ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΚΑΙ ΠΟΛΕΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ
ΠΡΕΣΒΕΤΣΑΝΤΑ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΑΝΤΩ
ΝΕΙΝΟΝ ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΔΙΣ ΤΟΥ
ΤΕ ΚΟΙΝΟΤ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΟ
ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΤΘΙΩΝ ΑΡΧΙ
ΕΡΕΑ ΤΟΤ ΚΟΙΝΟΤ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ ΓΑΛΑ
ΤΑΡΚΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝΤΗΝ ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΓΚΤΡΑΣ
ΦΤΛΗ
ΤΟΝ ΠΑΣΙ ΠΡΩΤΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟ
ΝΕΑΤΤΗΣ ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΟΤΣΤΗΡΑ
ΦΤΛΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΤΡ ΑΓΗΣΙΛΑΟΤ
ΣΕΚΟΝΔΟΤ ΕΠΙΜΕΛΟΤΜΕΝΩΝ
ΦΛ ΑΣΚΛΗΠΙΟΤ ΚΑΙ ΑΤΡ ΑΣΚΛΗΠΙΟΤ

Τίτον Φλαέιον Γαιανὸν ἱππέα Ρωμαῖον. (1) ϗ δὶς τὴν πρώτην ἀρχὴν ἄρξαντα, ϗ πολειτογραφήσαντα, (2) ϗ πρεσβεύσαντα κατὰ Θεὸν Αντώνεινον,	*Tit. Flav. Gaianum* Equitem Romanum, qui bis primam praefecturam tenuit, & Censum urbanum egit, & Legati munere functus est sub *Div. Antonino*,
ϗ ἀγωνοθετήσαντα δὶς τȣ̃ τὲ κοινȣ̃ τῶν Γαλατῶν, ϗ τῶν ἱερῶν ἀγώνων τῶν Μεγαλο-Ασκληπιείων ϗ Πυθίων, (3) Αρχιερέα τȣ̃ κοινȣ̃ τῶν Γαλατῶν,	ac ludis bis praefuit, tum in Communi Caetu *Galatarum*, tum in sacris *Ludis* *Magnis - Asclepiis* & *Pythiis*, Summum Sacerdotem communis *Galatarum* Caetus,

(4)Γαλατάρχην, Σεβαστοφάντην, κ̣ κτ·ςήν	*Galatarcham*, *Augusti Flaminem*, & *Conditorem*
τῆς Μητροπόλεως Ἀγκύρας,	*Metropolis Ancyrae*,
Φυλὴ	Tribus
τὸν πασι πρῶτον κ̣ φιλότιμον	Primum inter omnes & studiose
ἑαυτῆς εὐεργέτην κ̣ πλυςῆρα,	erga se beneficum & locupletatorem
(ετίμησεν)·	(honoravit),
Φυλάρχοντος Αὐρηλίυ Ἀγησιλαυ	Tribuno *Aurelio Agesilao*
Σεκονδυ, ἐπιμελυμένων	*Secundo*, Curantibus
Φλαυίυ Ἀσκληπιῦ κ̣ Αὐρηλίυ Ἀσκληπιῦ.	*Flavio Asclepio* & *Aurelio Asclepio*.

HAec Inscriptio legitur apud *Gruterum p.* CCCCX. 3. CMXV. 1., in *Itinerario Douzae Constantinopolitano* 98. ap. *Trist. Comment. Hist. t.* 2. *p.* 278., in *Memoria Cossoniana* 141. *n.* 3. 4., *Montfalconii Palaeographia n.* CLXI., *Muratorii Thesauro* DCXXX. 3., *Gronovii t.* 6. *p.* 3369., *Vandale Diss. p.* 292., *Hauteserre in notis ad Ind. Canon. Fulg. Ferrandi p.* 188. *n.* 165., *Martin expl. de div., Mon.* 359. *Harduinus num. ant. p.* 179. aliquot versus recitat, uti *Corsinius in notis Graec. p.* 39. & *Chisbullius* in *Monumento Ancyrano p.* 169.

(1) Τ. Φλ. Γαιανόν. Mallem Αἰλιανὸν ut apud *Gruterum* p. CCCX. 3.

(2) πολειτογραφήσαντα. *Qui Censum urbanum egit* nimirum in Provinciis Census agebatur ut ex modo illius Provinciales tributum & vectigalia penderent. Vide Cod. Justin. tot. tit. de *Censibus*.

(3) Μεγαλο-Ασκληπιείων κ̣ Πυθίων. Fatendum est *Asclepia Festa* quae habebantur in *Epidauro* longe notiora esse quam haec *Magna Asclepia Ancyrana*. Vide erud. *Corsinium* in *Appendice ad notas Graecorum p. lxxij.* Confer quae adnotabimus infra ad nummos Imperatoris Caracallae Ancyrae cusos in quibus *Asclepiorum* & *Pythiorum Certaminum* mentio occurrit. Pind. Schol. ad Nem. 111. v. 135. & Thes. Murat. p. 648. 1.

(4) Γαλατάρχην. *Chisbullius*, ut supra animadvertimus, ex ea Inscriptione recolligit communem Galatarum Caetum propriam Templi in honorem Augusti consecrati *Neocoriam* sibi vindicasse, & *Galatarcham* quem itidem *Sebastophantem* sive *Augusti Flaminem* nuncupabant. Sacra Augusti admini- Inscr. Asiat. p. 169.

ministrasse. Hujus Templi seu *Sebastei* introitum *Josephus Pitton de Tournefort* in Itinerario suo vulgavit, & in parietibus exstat etiamnum Monumentum pulcherrimum, rerum ab Imperatore Augusto gestarum complexum continens, cujus historiam & fata ex professo scripsit *Guillielmus Bayerus*.

Marmor illud nobilissimum publici juris primum fecerat *Andraeas Schottus* (a). Post eum *Gruterus* (b), *Leunclavius* (c) aliique edidere, quos inter palmam tulerunt & prae caeteris consulendi sunt *Edm. Chisbullius* (d) & *Joannes Albertus Fabricius* (e). Caeterum de hac Inscriptione quae licet Ancyrae reperta ad Res Galatarum minime pertinet & doctissimorum hominum lucubrationibus illustrata est sufficiant quae hactenus dicta sunt.

(a) Epit. Aur. Vict. de Caes. Antuerp. 1579. in 8.
(b) Grut. Thes. p. 230.
(c) Pand. Hist. Turc. Francoforti 1588. in 4. Lipsius in auct. Inscr. Lugd. Bat. 1588. Casaubon. in not. ad Sueton. Paris 1606. Graev. in not. ad eund. Traj. ad Rhen. 1672. 1691. 1703.
(d) Inscr. Asi. Londini 1728.
(e) Jo. Alb. Fabricii Imp. Caes. Aug. temp. notatio Hamburgi 1727. in 4.

INSCR. III.

Ancyrae.

Ex Pocockio Inscr. ant. p. 7. n. 3.

. . . .
ΠΟΛΕΩΣ ΠΟΡΦΥΡΑ ΚΑΙ ΣΤΕ
ΦΑΝΩ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΕΤΙΜΗΜΕ
ΝΟΝ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ ΠΑΣΑΙΣ
ΔΙΕΝΕΓΚΟΝΤΑ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΙΣ
ΚΑΙ ΕΝ ΤΕ ΔΙΑΝΟΜΑΙΣ ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ ΠΛΟΥΤΙΣΑΝΤΑ ΕΡ
ΓΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΣΤΑ
ΤΟΙΣ ΚΟΣΜΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΜΟΝΟΝ
ΤΩΝ ΠΡΟ ΑΥΤΟΥ ΔΙ ΟΛΩΣ ΔΕ
ΟΥΙΘΗΣΑΝΤΑ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ ΔΕ ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ
ΣΚΕΥΗΣ ΤΟΥ ΒΑΛΑΝΕΙΟΥ ΦΥΛΗ
ΜΑΡΟΥΡΑΓΕΛΙΗ ΕΤΙΜΗΣΕΝ

εὐε-

. . . . . . εὐεργέτην	. . . . . . benefactorem
πόλεως, πορφυρᾷ κ̀ϛ στεφάνῳ (1)	urbis, purpura & corona
διὰ βίου τετιμημένον,	perpetua honoratnm,
φιλόπατριν, πάσαις	patriae amantiſſimum, omni
διενέγκοντα φιλοτιμίαις·	laudum genere praeſtantem,
κ̀ϛ ἔν τε διανόμαις (2) τὴν	qui largitionibus
πατρίδα πλουτίσαντα,	Patriam locupletavit,
ἔργοις τε κ̀ϛ περικαλλεστάτοις	& pulcherrimis exornavit
κοσμήσαντα, κ̀ϛ μόνον	operibus, & eorum
τῶν πρὸ αὐτοῦ δι' ὅλως	qui ante ipſum fuerant unus in ſummum
δεοτιθήσαντα τῆς ἡμέρας, (3)	multa utilia fecit quotidie,
ἐπιμεληθέντα δὲ κ̀ϛ τῆς	balnei quoque extructionem
κατασκευῆς τοῦ βαλανείου, φυλὴ	Curavit, Tribus
Μαρυραγελίη (4) ἐτίμησεν.	*Maruragelia* honoravit.

HAec Inſcriptio pars videtur eſſe cujuſdam Pſephiſmatis in honorem viri cujus nomen excidit lati.

(1) Nuſquam legiſſe memini Virum quemdam *honoratum eſſe purpura*. Num hac voce intelligenda ſit *veſtis* aut potius *corona purpurea* non audeo definire.

(2) Largitionum erga plebem Ancyranam egregia extant exempla in lapide quem ſub numero primo retulimus & interpretati ſumus.

(3) Arduum eſt *Pocockii* locum corruptiſſimum ΔΙΟΛΗΣΕΛΕΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ reſtituere. Ex conjectura ſic, emendandum cenſui, δι' ὅλως δεοτιθήσαντα τῆς ἡμέρας, verbo de quo ambigitur a voculis δεὸν & τίθημι deducto. Nimis enim prolixum fuiſſet ſingulas viri dotes & praeclara opera in brevi Pſephiſmate enarrare. Itaque poſtquam de illius amore in patriam, de largitionibus & operibus quibus eam exornarat dictum eſt, *in ſummum* δι' ὅλως dicitur, *utilia plurima feciſſe quotidie*, δεοτιθήσαντα τῆς ἡμέρας. Porro ea verba adeo depravata eſſe nemo qui noverit *Pocockium* mirabitur.

(4) Μαρυραγελίη. Etymologiam vocis, quae forte minus ſana eſt, inveſtigare omitto. Certe nomen eſt unius e tribubus in quas Populus Ancyranus diviſus aut gens universa Galatica diſtributa erat. Vide quae adnotabimus infra ad Inſcriptionem ſequentem num. V.

INSCR. IV.

Ancyrae.

ΛΦΟΥΛΟΥΙΟΝ ΡΟΥΣΤΙΚΟΝ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ ΤΡΙΣ ΤΕ ΑΝΤΥΠΑΤΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΑΓΚΥΡΑΣ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΕΝΟΥ ΜΕΝΕΣΤΗΣΒΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

Λύκιον Φύλβιον Ρύστικον Αἰμιλιανὸν (1) πρεσβεύσαντα τρὶς, τὲ ἀντύπατον (2)	*Luc. Fulv. Rusticum Aemilianum*, Legati munere functum ter, & Proconsulem,
ἡ βυλὴ καὶ δῆμος (3) τῆς Μητρόπολεως Ἀγκυρᾶς τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην, (4) ἐπιμελυμένυ Μενεστησβίυ Ἀλεξάνδρυ (5) (ἐτίμησαν.)	Senatus Populusque Metropolis *Ancyrae* benefactorem suum curante *Menestebio Alexandro* (honoravit.)

(1) HAec Inscriptio varie a variis profertur. *Turnefortius* illam Ancyrae descripserat, eamque cum *Montfalconio* communicavit qui in *Palaeographia Graeca* exhibuit p. 158. & 161. ipse que *Turnefortius* eam deinde protulit anno 1717. in volumine altero Itinerarii sui typis Regiis editi pag. 449. ex *Montfalconio Relandus* in *Fastis Consularibus* p. 110. *Muratorius* in *Thesauro* p. 555. 3. at longe ante hos praecesserat *Daniel Cossonius*, qui varias Asiae inscriptiones collegerat, quas *Jacobus Gronovius* subjunxit anno 1695. *Memoriae Cossonianae*, ubi Inscriptio de qua agitur extat qualem supra retulimus. Multa deinde turbavit *Pocockius*; *Rusticum Aulum* vocat quem alii *Lucium*, eundemque *Legatum* & *Consulem* statuit.

(2) πρεσβεύσαντα τρὶς τὲ ἀντύπατον. *Relandus* legi mavult πρεσβευτὴν Σεβαστηνῶν, *Legatum Sebastenorum* sive *Ancyranorum*, sed illius sententiae adversatur *Muratorius*, siquidem neque Ancyrae neque uni urbi praeficiebantur unquam Legati, sed Provinciae alicui, & legendum censet πρεσβευτὴν

Σεβαστῦ

Σεβαςῦ ϗ ἀντιςράτηγον. Cum *Muratorio* sentit *Eduardus Corsinius in notis Graecorum p. 57. Sigla* ΠΡΕΣΒ. (ubi versus priores quatuor hujus Marmoris retulit) nixus fide Marmoris *Gruteriani p.* 1078. 2., in quo legitur πρεσβ ϗ ἀντιςράτηγυ τῦ Σεβαςῦ. Hinc *Corsinius* adnotavit commode legi posse in Marmore Ancyrano πρεσβευτὴν Σεβαςῦ ἀντιςράτηγον *Legatum Augusti Propraetorem*; quam quidem lectionem libenter amplecterer, nisi *Cossonius* haberet πρεσβεύσαντα τρὶς, τὲ ἀντύπατον. *Legati munere functum ter, & Proconsulem.*

Putarem igitur *Aemilianum* Galatiae Provinciam rexisse & *Legatum* in ea fuisse, vel etiam ter, si *Cossonianae* lectioni fides sit, & deinde *Proconsulari* dignitate eidem Praefectum esse, quanquam ejus nomen in Fastis Consularibus nunquam appareat. Nam *Proconsules saepe vocati sunt qui Provincias Populi Consulari potestate rexerant, etsi nunquam Consules fuissent*, uti *Reinesius* adnotavit *in Synt. Inscr. XXVI. Cl.* 2. *Montfalconius* tamen existimavit *Rusticum* Consulem processisse anno Christi 206, cum *Numerio Albino*, & eundem fuisse ac *Fulvium Aemilianum* in Fastis memoratum, cui opinioni *Relandus* haud assentitur.

(3) ἡ βυλὴ ϗ ὁ δῆμος. Honores ejusmodi nemini concedebantur nisi ex decretis *Senatus Populique*, ut liquet ex Epigraphe quae apud *Richardum Pocockium* legitur, & ex eleganti Lapide qui *Apameae Cyboti* prope *Maeandrum* repertus est, & sic habet. Poc. p. 9. n. 2. ap. eund. Pocock. sect. 5. p. 11. n. 3.

Ἀγαθῇ Τύχῃ	Bonae Fortunae
ἡ βυλὴ ϗ ὁ δῆμος	*Senatus Populusque*
ἐτίμησεν κατὰ	honoravit juxta
γενόμενα ψηφίσματα	lata suffragia,
Ἰυλιανὸν Ἀρτεμιδώρυ	*Iulianum Artemidori* (filium)
ἄνδρα βυλευτὴν ϗ	Virum Senatorem &
ἀξιόλογον·	commendabilem,
τας κορυφαιοτάτας	qui primas dignitates
ἄρχας ϗ λειτυργίας	prima que munera
ἀμέμπτως ἐκτελέσαντα	inculpate obiit,
τῇ πατρίδι ποιησαμένων	(pro) patria (ejus)
ἀνάςασιν Διοκλέυς	erigentibus statuam

D Κλαυ·

Κλαυδίας Διοκλέυς	*Claudia Dioclis* (filia)
τῆς γυναικὸς αὐτȣ̃ ϗ	uxore ejus, &
Κλαυδιανȣ̃ τȣ̃ ὑιȣ̃ αὐτȣ̃.	*Claudiano* ejus filio.

(4) τὸν ἑαυτον ἐυεργέτην, inquit *Pocockius*. Malo legere cum *Cossonio* τὸν ἑαυτῶν ἐυεργέτην, siquidem *Aemilianus Senatus & Populi Ancyrani benefactor* praedicatur.

(5) In nomine illius qui monumentum posuit iterum peccavit *Pocockius* dum legit τȣ̃ ὑιȣ̃ quibus ex voculis nullus sensus commodus elicitur. Correxit *Montfalconius* Τρεβίȣ, & eum fuisse censet *Alexandri* filium qui posuit Inscriptionem. *Cossonius* cujus exemplar secuti sumus, etsi lectionem *Montfalconii* non rejciamus, scripsit Μενεσθρβίȣ.

I N S C R. V.

Ancyrae.

ΖΩΤΙΚΟΝ ΒΑΣΣΟΤ
ΑΝΔΡΑ ΑΓΑΘΟΝ ΤΟΝ
ΦΤΛΗΣ ΙΑ ΦΤΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑ Φ'ΛΟΤΕΙΜΩΣ ΚΑΙ
ΑΣΤΤΝΟΜΗΣΑΝΤΑ Α
ΓΝΩΣ ΚΑΙ ΕΡΓΟΝ ΠΟΙΗ
ΣΑΝΤΑ ΠΟΛΤΤΕΙΜΗΤΟΝ
ΕΝ ΚΟΜΟΚΕΤΙΩ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ Κ ΚΑΘΗΜΕΡΑΝ
ΠΟΛΛΑ ΠΑΡΕΧΟΝΤΑ ΤΗ ΦΤ
ΛΗ ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ ΕΝ ΤΕ
ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΩΣ ΚΑΙ ΒΟΤΛΗ
ΦΤΛΗ ΙΑ ΝΕΑ ΟΛΤΜΠΙΑ
ΕΠΙΜΕΛΟΤΜΕΝΩΝ
ΒΑΣΣΟΤ ΓΑΙΟΤ ΚΑΙ ΑΘΗ

ΝΑΙΟΤ

ΝΑΙΟΥ ΣΕΝΤΑΜΟΥ
ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΔΟΘΕΝΤΟΣ
ΥΠΟ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ

Ζωτικὸν Βάσσου	*Zoticum Bassi* (filium)
ἄνδρα ἀγαθόν, τὸν	virum probum, qui
φυλῆς ΙΑ (1) φυλαρχήσαντα	*Tribui undecimae* praefuit
φιλοτίμως, ϗ	honorifice, &
ἀστυνομήσαντα	Praefecturam urbis gessit
ἁγνῶς, ϗ ἔργον	caste, & opus fecit
ποιήσαντα πολυτίμητον	praestantissimum
ἐν Κομακέλλῳ (2) ἐκ τῶν	in *Comacetio* ex
ἰδίων, ϗ καθ' ἡμέραν	propriis pecuniis, & quotidie
πολλὰ παρέχοντα τῇ φυλῇ,	multa *Tribui* contulit,
τιμηθέντα ἐν τε	qui honoratus est in
Ἐκκλησίᾳ ὡς ϗ βουλῇ,	Caetu populi ut & in Senatu,
ΧΑΡΙΝ

χαῖρε παροδεῖτα,	Salve Viator,
Μάρκελλος	*Marcellus*
Στρατονείκῃ	*Stratonicae*
γλυκυτάτῃ	dulcissimae
συμβίῳ μνήμης	Conjugi Memoriae
χάριν.	causa.

X I.

Ibid. 167. 14.

Π ΠΟΜΠΟΝ ΣΕ
ΚΟΥΝΔΙΑΝΟΝ ΠΡΕΣ
ΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒ ΑΝΤΙ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΛ ΜΑΚΕΔΟΝ

Πούπλιον Πομπόνιον Σεκουνδιανὸν	*Publ. Pomponium Secundianum*
πρεσβευτὴν	Legatum
Σεβαςοῦ	Augusti
ἀντιςράτηγον	Propraetorem
κάλλιςον Μακεδονίας.	optimum *Macedoniae.*

X I I.

Ibid. 167. 15.

ΟΚΤΑΥΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ ΣΥΜΠΑΠ
ΠΑΝΤΙ ΤΩΙ ΛΟΙΠΩΙ ΚΟΣΜΩΙ ΕΚ

Ὀκταούϊος Ρύφος	*Octavius Rufus* ....
παντὶ τῷ λοιπῷ κόσμῳ ἐκ ...	omni reliquo ornamento.

X I I I.

Ibid. p. 167. 16.

.. ΣΥΜΠΛΗΡΩΣΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΦΙΕΡΩΣΑΝΤΟΣ ΤΗ ΜΗΤΡΟ-
ΠΟΛ ΤΟ ΤΕΙΧΟΣ
ΤΟΥ ΛΑΜΠΡ ΗΓΕΜΟΝΟΣ ΑΡΞΑΜΕΝΟΥ

... συμπληρώσαντος καὶ ἀφιερώσαντος τῆς Μητροπόλεως τὸ τεῖχος, τοῦ λαμπροτάτου ἡγέμονος ἀρξαμένου.

Qui Murum Metropolis complevit & consecravit, Splendidissimus Praefectus inceperat.

(1) *Cl. Montfalconius* adnotavit ea *Ancyrae* in epistylio quodam haberi, & indicare murum Urbis a quodam Praefecto inchoatum, ab alio, cujus nomen excidit completum absolutumque fuisse.

Ibid.

X I V.

Ibid. p. 167. 17.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
Τ ΟΡΝΕΙΤΟΡΙΑΝΟΝ ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΤΩΝ ΚΥΡΙ
ΩΝ ΗΜΩΝ ΕΠΙ ΑΘΤΛΩΝ
ΤΟΝ ΔΙΚΑΙΟΝ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΝ Κ. ΑΙΛΙΟΣ
ΑΓΕΣΙΛΑΟΣ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΦΙΛΟΝ ΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Ἀγαθῇ Τύχῃ	Bonae Fortunae
Τιτ. Ορνειτοριανὸν ἐπίτροπον	*Titum Ornitorianum* curatorem
τῶν Κυρίων ἡμῶν	Dominorum Nostrorum . . .
τὸν δίκαιον κ̀ σεμνὸν Κ.	justum & probum C. *Aelius*
Αἴλιος Αγησίλαος τὸν ἑαυτῦ	*Agesilaus* amicum ejus &
φίλον κ̀ εὐεργέτην .	Benefactorem .

X V.

Ibid. 166. 11.

ΛΟΥΚΙΟΣ
ΣΕΡΗΝΙΑ ΣΥΜΒΙΩ
ΑΝΕΣΤΗΣΑ ΜΝΗ
ΜΗΣ ΧΑΡΙΝ
ΔΙΕΥΤΥΧΙΤΕ

Λούκιος	*Lucius*
Σερηνίᾳ συμβίῳ	*Sereniae* Conjugi
ἀνέστησα	erexi
μνήμης χάριν·	Memoriae causa .
διευτυχῖτε .	Valete .

Ex

X V I.

Ex Rich. Pocockio Inscr. Ant. 33. *S.* 2. *n.* 10.

ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟ
ΝΙΟΙΣ ΚΑΤΕΣΚΕΥ
ΑΣΕΝ ΤΗΝ ΚΑΤ
ΕΥΡΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΒΩΜ
ΟΝ ΛΕΙΟΣ ΕΑΥΤΚ
ΑΙ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΜΝΗ
ΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Θεοῖς Καταχθονίοις κατεσκεύασεν τὴν κάμαραν καὶ τὸν βωμὸν Λεῖος ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἰδίοις μνήμης χάριν.	Diis Manibus *Lejus* conditorium & Aram posuit sibi & suis Memoriae causa.



NUMISMATA
Regum Galatiae.

Thes. Brand. tom. 3. p. 6. Mus. Theu-pol. p. 1197. Spanh. Diss. 1. t. 1. p. 52. Thes. Brandenb. Mus. Theu. pol. ibid.

CApur hominis pone quod clava *Herculis*: in aversa BITOTIOC BACIΛEOC, Leo currens. (*Aereus secundae magnitudinis.*)

Spanhemius Begerus aliique Antiquarii hunc nummum retulerant ob affinitatem nominis Regi Arvenorum *Bituito*, qui a Domitio Calvino victus est anno Urb. cond. 630. Sed cum nummi similes ex Oriente allati fuerint, nec ulli reperiantur in Gallia, & nomen in nummo expressum differat a nomine Regis Arvernorum quale extat apud Scriptores qui illius meminerunt, nummus hic & sequens Galatarum Regibus restitud sunt, nec immerito, nam ejusdem fabricae videntur esse cum nummis eorum Regum, & Bitovius idem ac Gallorum Dux *Βίτοιτος* nomine, qui Mithridatem ipsius jussu interemit, ut docet *Appiani* locus sequens quem ulli authorum qui hunc nummum retulerant in mentem non venisse valde miror. *Mithridatis filias veneni vis penetravit continuo. In eum quamvis data opera ambulantem concitatius nihil agebat propter quotidianam pharmacorum consuetudinem quibus se adversus veneficos praemunire solebat, quae nunc quoque vocantur Mithridatica, quum conspicatus ducem quemdam Gallorum* Bitoitum, *multum inquit tua dextera mihi profuit in praeliis, sed hoc erit meritum maximum si nunc me interemeris, periclitantem ne in triumphum abstrahar, qui tanto tempore tam amplo regno praefui, & nunc veneno necari nequeo contra quod stultus me praemunivi remediis. Nec enim praevideram tristissimum & domesticum Regibus omnibus pharmacum liberorum, amicorum & exercitus perfidiam cum omnia quae ad victum pertinent praecaverim. His permotus* Bitoltus *Regi officium praestitit necessarium de bell. Mith. p.* 248. 249.

Science des Med. t. 2. p. 335. & seqq.

Nummus hic & plerique sequentes in aversa parte Leonem currentem exhibent, qui cultui *Herculis* alludit ut & clava Capiti Regio affixa. Quanquam dubito utrum *Leonis* icone *Leo Nemaeus* hic designetur, an potius *Herculis* ferox animus, quem aemu-

aemulari se profitetur *Bitovius*, & ob quem *Hercules* ipse *Leo* vocatur apud *Lycophronem*. Caeterum *Herculis* cultum apud *Galatas* viguisse testantur *Pessinuntiorum* quae mox referemus, sub Trajano & M. Aurelio, percussa numismata. Alex. v. 33. p. 10. & Schol. ibid. Vaillantii Imp. aum. gr. p. 29. 56.

Caput hominis 40. annorum absque diademate. In aversa ΒΙΤΟΥΙΟ ΓΟΓΟ ΒΑCΙΛΕΥC. *Leo* currens. (*æ*. 2. *m*.) Science des Med. ibid.

Vice commentarii referemus *Cl. Bimardi* verba qui pensatis rationibus autorum qui hunc nummum & superiorem *Bituito Arvernorum Regi* tribuerunt, ita scribit: *Je serois cependant assés porté à croire que Bitujus étoit un Roi des Gaulois, mais des Gaulois établis en Asie, plus connus sous le nom de Galates ou Gallogrecs, & loin de m'attribuer l'honneur de cette découverte j'avoue avec plaisir que M. Oudinet dans son catalogue du Cabinet du Roi, & M de Boze dans l'étiquette a la tête des Médailles de son propre Cabinet, avoient l'un & l'autre placé les Médailles de Bitujus au nombre de celles des Rois de Galatie.* Ibid. p. 338.

Les syllabes ΓΟΓΟ *qui suivent le nom de* ΒΙΤΟΥΙΟC *sur la Médaille du Roi pourroient aussi nous aider a connoitre le pere de ce Prince & a déterminer le tems ou il a vécu. Strabon dans la description qu'il fait de la Galatie, met au nombre des places qui appartenoient aux Gaulois Trocmi une ville nommée Mithridatium que Pompée detacha du Pont pour la donner a Bogodiatorus* (*Strab. l.* 12. *p.* 567.) . . . . . *un copiste a pu changer un* Γ *en* Β . . . . . ΓΟΓΟ *sera dans la Médaille le commencement du nom du pere de Bitujus, & il faudra la lire* ΒΙΤΟΥΙΟC ΓΟΓΟδιατορυ ΒΑCΙΛΕΥC: *or comme Gogodiatorus étoit Roi de la partie des Galates appellés* Trocmi *& qu'il vivoit du tems de Pompée nous pouvons raisonnablement conjecturer que Bituius son fils regnoit dans le même pays sous Jules Cesar, ou même au commencement de l'empire d'Auguste.* Ut verum dicam, quae tradit *Bimardus* valde conjecturalia ne dicam a vero remota arbitror, siquidem *Bitovium* ante Julii Caesaris & Augusti tempora regnasse, ut pote qui Mithridatis tempore vixit, ex loco *Appiani* mox laudato constat.

Caput hominis pone quod clava *Herculis*. In aversa ΒΙΤΟΥΚΟC ΒΑCΙ. Leo currens. (*æ*. 2. *m*.) Thes. Brand. t. 3. p. 6.

Si la Médaille que Beger a fais graver (addit Jos. Bimardus) *avec le nom de* ΒΙΤΟΥΚΟC *a été bien lue, le Prince dont elle porte l'image étoit différent de Bitujus & vraisemblablement c'est le même que Strabon nomme* Δυτευτός. Sc. des Med... ibid. Strab. l. 12. p. 543. 558.

 Nempe

Nempe *Dyteutus* ille filius major natu fuit *Adiatorigis*, *Demeneclii Galatarum Tetrarchae* filii & idem cui *Caesar* post *Actiacam* victoriam *Sacerdotium Sacrorum Comanorum* concessit.

Sc. des Med. ibid.

Caput hominis 35 annorum absque diademate, pone quod clava *Herculis*. In aversa ΨΑΜΥΤΟC ΒΑCΙΛ. (*ae.* 2. *m.*)

Je suis bien trompé, pergit idem, *si cette Médaille n'appartient pas à un Roi ou à un Tétrarque des Galates que Plutarque* (t. 2. p. 257.) *& Polyen* (l. 8. c. 39.) *nomment* Σίνατος. Pace clarissimi viri dixerim, fateor me hac nominum similitudine non adeo moveri ut existimem *Bitucum* & *Dyteutum*, *Psamytum* & *Sinatum* eosdem fuisse Reges.

Vide *Hist. des Gaules & des Conquêtes des Gaulois* t. 2. p. 18.

Rec. de Med. de Rois pl. XIX.

Protome hominis laureati pone quam clava *Herculis*. In aversa ΙΑΤΙΚΟ. *Leo* currens. (*ae.* 2. *m.*)

Ibidem.

Caput hominis laureati cum clava. In aversa ΙΤΟΥΚΟC ΒΑCΙ. Idem typus. (*ae.* 2. *m.*)

Qui viri fuerint quorum in honorem hi nummi cusi sunt quis scire possit? primae litterae nominum exciderunt. Prior horum ex *Regum Galatarum* nummis unicus est in quo τὸ ΒΑCΙΛΕΩC desit. Secundum *Regis Bituci* fuisse conjicimus.

Sc. des Med. ibid.

Caput hominis 50. annorum absque diademate. In aversa ΚΑΙΑΝΤΟΛΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC. Leo currens. (*ae.* 2. *m.*)

Rec de Med. de Rois pl. XIX.

Caput hominis laureatum, pone quod clava *Herculis*. In aversa ΚΑΓΑΝΤΟΛΟΥ ΒΑCΙΛ, idem typus ac supra. (2. *m.*)

Tetrarcharum Gallograecorum aliquot nomina jam noveramus qualia *Combolomarus*, *Ortiagon*, *Gaulotus*, *Eposognatus Centaretbrius*, *Solovettius*, *Sinorix* aliaque a Scriptoribus laudata (1). Horum Regum nomenclatura *Bitovii*, *Bituci*, *Caeantoli* nominibus commode augebitur de etymologia quorum Celtica inquirere praetermittimus. Si cui placitura sit haec investigatio adeat ille *Lexicon Celticum Edm. Bulletii* editum *Vesuntii* anno 1754. tribus voluminibus formae majoris.

Livius l. 38. c. 18. 19. Suidas v. Ὀρτιάγων Solin. c. 57. Livius l. 45. c. 34. Plut. t. 2. p. 257.

ΚΑΙΑΝΤΟΛΟΥ Caput feminae. In aversa ΒΑCΙΛΕΩC. Aper currens. (2. *m.*)

Rec. de Med. de Rois pl. XIX. Vide Rec. de Med. de Peup. t. 1. p. 19. Pl. 3. 2. 9. & 10.

Feminae caput hoc nummo expressum prorsus ignotum est. Apri imago in memoriam revocat nummos populorum *Gallicorum*

(1) Eorum Regum nomina studiose collegerunt regnorumque Chronologiam erudite contexerunt Clar. Scriptores operis cui titulus est *Histoire des Gaules & des Conquêtes des Gaulois* a *D. Jac. Martino* incaepti & a *D. J. Franc. de Brezillac* feliciter peracti editi vero Paris. 1752. 54. duobus voluminibus formae, ut vocant, quartae. Vide Dissert. de Galatis tom. 2. p. 17. & seqq.

rum non paucos qui apro quoque fignaverunt, praefertimque argenteum *Avenionenfium* quem vulgavit *Pellerinius*, unumque ejufdem populi typique aereum quem hactenus ineditum nuper vidi apud *Cel. Seguierium Nemaufenfem*. Horum in adverfa parte caput feminae laureatum, in poftica aper cernitur. Ratio fimilitudinis fubeft in Gallica Galatarum origine, cujus alia veftigia jam deprehendimus.

Cl. Pellerinius recte adnotavit verba ΚΑΙΑΝΤΟΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ inter utramque nummi aream bipartita effe, quod raro obfervatur. Rec. de Rois p. 190.

Caput *Herculis* cum clava. In averfa ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. Leo. (3. *m.*) Ibid. p. xix.

Hunc nummum & duos fequentes qui attributi primum fuerant *Amyntae Regi Macedoniae*, *Amyntae Regi Galatiae* jure vindicavit *Erud. Abbas Barthelemy* & cum eo *Pellerinius*. Aft. Acad. Par. t. 26. 540. 541. Rec. de Rois p. 191.

Mercurii caput. In averfa, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ Caduceus. Aft. Acad. ibid.

Caput *Dianae* cum pharetra. In averfa ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ. Cervus. Rec. de Rois pl. xix.

In nummis duobus rariffimis *Galatarum Toliftobogiorum* *Mercurius* ftat cum Caduceo nudus, *Diana Venatrix* fagittam depromit ex pharetra. Nequeo tamen non affentiri opinioni *Pellerinii* qui nummum *Amyntae* in quo *Dianae* effigies eft, in *Cibyra Phrygiae* fignatum ob perfectam fimilitudinem cum alio qui in ea urbe procul dubio cufus eft, conjicit. Haym. Thef. Brit. Vindob. 1763. p. 1. Tab. 25. n. 2. Med. de Peupl. t. 3. pl. 12. n. 5.

NUMMUS

Galatarum Autonomus.

ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. *Commune Galatarum*. Protome mulieris laureatae, pone quam Luna crefcens. In averfa, ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. *Sebaftenorum*. Templum fex columnarum. (*æ*. 2.*m.*) Med. de Peup. t. 2. pl. 39. n. 10.

Nummus ifte *Galatarum*, unicus autonomus, in urbe *Ancyra* defignata figura muliebri & epigraphe ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ cufus eft. Nomen enim *Sebaftes* five *Auguftae* fumpferat ob beneficia ei ab Imperatore Augufto collata, quae tanta fuere ut Conditor urbis habitus fit. Quare *Tzetzes*, Hift. de Lang. t. 1. l. 2. p. 104.

τὴν Α'γκύραν δ' ἣν ἔφημεν τῆς Γαλαλίας εὑραν κλίσαι τὸν Οκλαὐιον Καίσαρα τὸν Ρωμαῖον.
Ancyram autem, quam diximus, Galatiae, inveni Condidisse Octavium Caesarem Romanum.

Montfalc. Pal. p. 161. & sup. num. VI.

Porro *Ancyram* & *Sebastem* unam eandemque urbem fuisse ostendit supra edita Inscriptio in qua dicitur Η ΜΗΓΡΟΠΟΛΙΣ ΤΗΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ ΑΓΚΤΡΑ *Metropolis Galatiae Sebaste Tectosagum Ancyra*.

Vide Edm. Chish. Ant. As. p. 169. & sup. notas ad Insc. I. II.

Templum quod in aversa Nummi parte conspicitur *Sebasteum* est sive templum Augusto dedicatum de quo diximus supra, cujusque propriam Neocoriam & Sacrorum administrationem adfectabat *Communis Galatarum Caetus* ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ.

N U M M I

Communis Galatarum Caetus.

Sub Nerone.

Vaill. num. Grae. p. 16.

ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. *Commune Galatarum*. Templum quatuor columnarum. (2. *m.*)

Templum hoc, ni fallor, *Sebasteum* est, quanquam in nummo *Autonomo*, & sequenti Imperatoris Nervae sex columnis instructum sit, hic quatuor tantum, caeteris duabus non expressis forte ob areae tenuitatem.

Sub Tito:

Ibid. p. 22.

ΕΠΙ. Μ. ΝΕΡΑ. ΠΑΝΣΑ. ΚΟ. ΓΑ. *ἐπὶ Μ. Νεραλίῳ Πάνσα Κοινὸν Γαλαλίας. sub M. Neratio Pansa Commune Galatiae*. Tres spicae. (2. *m.*)

Livius l. 38. c. 16.

Fertilitas soli *Galatiae* felicius indicari non poterat quam trium spicarum emblemate. *Livius* de *Gallorum* transitu in eam regionem: *Cupido inde eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terrae ejus esset, caepit*. Consul Manlius apud eundem *duratos eos* (Galatas) *tot malis exasperatosque accepit terra quae copia rerum omnium saginaret. Uberrimo agro, mitissimo Caelo . . . . omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta est feritas*.

Sub

Sub Nerva.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙϹΑΡ ΝΕΡΟΥΑϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. *Imperator Caesar Nerva Augustus*. Caput Nervae laureatum. In aversa. ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ ΒΑϹ. ΠΡ. ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΙΑΣ. *Sub Pomponio Basso Legato Commune Galatiae*. Templum sex columnarum (1. *magn.*) Num. Gr. p. 26.

Sub Trajano.

ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ ΒΑϹϹΟΥ ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΙΑΣ. *Sub Pomponio Basso Commune Galatiae*. (1. *m.*) Ibid. p. 27.

Eadem Epigraphe. *Deus Lunus* pileo Phrygio tectus dextra hastam, sinistra globum. (1. *m.*) Ibidem.

Vide quae infra de cultu *Dei Luni* adnotavimus.

N U M M I

Tectosagum.

Sub Vespasiano, sive Tito.

ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ. *Tectosagum*. Tres spicae. Thes. Brit. part. 2. tab. 29. n. 10. confer Rec. de Med. de Peupl. t. 3. p. 209.

ΑΥ. ΤΙΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ *Imperator Titus Augusti filius*. Caput Titi laureatum. In aversa. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ. *Sebastenorum Tectosagum. Deus Lunus* tunicatus pileo Phrygio tectus dextra extensa pateram. (2. *m.*) Rec. de Med. de Peup. ibid. p. 209. pl. 128. num. 6.

Sub Domitiano.

Eadem Epigraphe ac supra. Tres spicae. (3. *m.*) Ibid. Pl. 128. n. 7.

. . . . *Deus Lunus* stans pileo Phrygio tectus dextra extensa pateram. Haym Thes. Brit. part. 2. tab. 30. n. 8.

Quae de *Galatiae* fertilitate jam animadvertimus optime conveniunt ei parti quam insederunt Tectosages. *Praetenditur Cappadocia*, inquit *Plinius*, *a Septentrione & Solis ortu, cujus uberrimam partem occupavere Tectosages & Teutobodiaci*. Plin. l. 5. c. 32.

Dei

Spart. in Caracalla p. 184. 185. edit. 1554.

Dei Luni typus in nummis *Populorum Orientis* non insolitus est. Ut enim Luna ita & *Deus Lunus* colebatur, teste *Spartiano*, qui de *Caracalla* scribit *ipsum Dei Luni Templum accessisse quem Deum Carreni (Mesopotamiae Populi) miro cultu & veneratione colebant, adeo ut qui Lunam foemineo genere putaret nuncupandam is addictus mulieribus semper inserviat: at vero qui marem Deum esse crediderit is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur insidias. Unde quamvis Graeci vel Aegyptii eo genere quo foeminam hominem etiam Lunam Deum dicunt, mystice tamen Deum intelligebant.*

Num. Gr. in Caric. p. 104. in Sept. Sev. p. 83. in Carac. p. 104. in Comm. p. 69. Carac. 101. Trajan. p. 27.

Porro *Lunus* diverse effingitur pro variis populis qui Deum coluerunt. In nummis *Magnesiorum* stat inter duas faces quibus Serpentes circumvoluti, in nummis *Laodicensium* ad Libanum dextra equi seu muli capistrum tenet, in *Juliopolitanorum Bithyniae*, *Galatarum*, *Ancyranorum* nummis pileo *Phrygio* tectus cum crescente Luna humeris falcata, dextra pateram, sinistra hastam sive globum ferens conspicitur.

In Traj. Ibid. in Antinoo. p. 39. in Caracalla p. 98.

Ibidem p. 69. 101.

Cultum Lunarem apud *Galatas* viguisse testatur crebra Dei effigies in eorum numismatibus, & Luna crescens pone muliebre caput in nummo *Autonomo*. Si quid conjicere licet de obscura nimis cultus illius origine, eum ad *Ancyranos* manasse suspicabimur a *Juliopolitanis Bithyniae* tum ob urbium vicinitatem, tum ob insignium quibuscum *Deus Lunus* in Monumentis utriusque se prodit similitudinem. Jamvero eum summa in veneratione fuisse apud *Juliopolitanos* evincit frequens Dei Imago in nummis hujus populi.

N U M M I

Ancyrae sub Imperatoribus cusi.

Sub Nerone.

Num. Graec. p. 16.

ΑΝΚΥΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠ. *Ancyrae Metropolis*. Urna supra quam legitur ΠΥΘΙΑ. *Pythia Certamina*.

Pausan. in Att. c. IV. Tzetz. carm. 11. de Mida.

Ancyra a Mida Rege condita & ita vocata ab anchora ibi reperta *Galatiae Metropolis* vocatur in Inscriptionibus eoque titulo distingui solet in Nummis ab *Ancyra* Phrygiae quam vere

Strabo

Vide sup. Insc. 2. 6.
Cell. Geog. vet. t. 2. p. 176.

Strabo πολίχνην *id est oppidum vocat*. *Ancyra* autem Galatiae a Ptolomaeo Μητροπόλις ἐπίσημος *Metropolis insignis*, & a Libanio πρώτη καὶ μεγίστη τῶν Γαλάτων πόλις *prima & Maxima Galatarum Civitas* vocari meruit. Qui plura de hujus Urbis fortuna & dignitate scire voluerit adeat *Erud. Spanhemium* in Epist. sua ad *And. Morellium* de *Nummis Ancyranis*.

Ptolem. l. 5. c. 4.
Liban. or. 26. t. 2. p. 599.
In specim. rel. Numm. & Liebe Goth. Num. p. 494.

Ancyram jam Neronis temporibus *Metropolim* extitisse declarat hujus nummi epigraphe. Labitur ergo *Cl. Vaillantius* qui nummi, quem sub Nerone retulerat, immemor *Ancyram* ad *Metropolis* dignitatem Hadriani tempore evectam conjicit.

Num. Gr. p. 208.

Pythiorum Certaminum quae celebrabantur *Ancyrae* mentio est in Inscriptione supra edita Num. VI. Mos erat in hujusmodi festis urnas vasa & palmas quae praemia Victorum erant spectantium oculis exponere, eique usui praecedens typus alii que multi similes alludunt.

Ez. Spanh. epist. sup. laud. num. IX. Goth. Num. p. 479. & seqq. Act. Acad. Paris. t. 26. p. 498.

In Antinoo.

ANTINOOC HPΩC. *Antinous Heros*. Caput *Antinoi* nudum. In aversa. IOYΛ CATOPNEINOC ANKYPANOIC. *Julius Saturninus Ancyranis*. *Lunus* stans cum Luna crescente humeris falcata dextra anchoram sinistra hastam (*ae.* 1. *m.*)

Num. Gr. p. 39.

Julius ille *Saturninus* idem est cujus meminit *Gruteriana* Inscriptio supra edita num. VIII, in qua *Praefectus* vocatur. *Pellerinius* hunc nummum aut non viderat aut Ancyrae Phrygiae injuria tribuebat cum negat ullum reperiri Ancyrae Galatiae in quo Magistratus nomen appareat. Anchora, urbis insigne solitum, in dextra *Dei Luni Metropolim Galatiae* sub ipsius tutela & praesidio esse innuit.

Thes. Grut. 426. 10.
Mel. de Med. t. 2. p. 283.

Sub Antonino Pio.

AT. K. T. AI. ANTΩNEINOC. CEB. EYCE. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τ. Αἴλιος Αντωνεῖνος Σεβαστὸς Εὐσεβὴς. *Imperator Caesar Titus Aelius Antoninus*, *Augustus Pius*. In aversa. ANKYPA H MHTPOΠOΛIΣ THΣ ΓAΛATIAΣ. *Ancyra Metropolis Galatiae*. Homo brevi veste indutus, modium capite gerens, ocreatus gradiensque dext. Anchoram sin. Proram navis cum velo tenet.

Ibid. t. 2. p. 75.

Ex Industria Ancyrani *Serapidis* effigiem in aversa parte nummi Antonini expresserunt pietati Imperatoris sub regno cujus *Serapidis* cultus maxime floruit alludentes. Ratio anchorae quam dextra Deus gerit, perspicua est, sed angit me prora quam sinistra

Vide Cuperi Harpocratem p. 150. 151.

K cum

cum velo tenet. Nihil apud *Mythologos* legisse me memini de his insignibus quae in alio nullo Serapidis Monumento occurrunt.

Act. Acad. Par. t. xxx. p. 512. Hunc typum egregie illustrat Marmor Ancyranum quod supra vulgare omisimus in quo *Jovi Serapidi* & *Diis* Συνναίοις (id est *Isidi*, *Anubi*, *Harpocrati*) & *Dioscuris* votum solvitur.

Palaeog. Gr. p. 163. Tournef. Voy. t. 2. 449. Thes. Murat. 1024. 3.

Διὶ Ἡλίῳ Μεγάλῳ Σαραπίδι κ̀ τοῖς
Συνναίοις Θεοῖς τοὺς σωτῆρας Διοσκύρυς
ὑπὲρ τῆς τῶν αὐτοκρατόρων σωτηρίας
κ̀ νείκης κ̀ αἰωνίυ διαμονῆς Μ. Αὐρηλίυ
Αντωνείνυ κ̀ Μ. Αὐρηλίυ
Κομμόδυ κ̀ τῦ σύμπαντος
αὐτῶν οἴκυ κ̀ ὑπὲρ βυλῆς κ̀
δήμυ τῆς Μητροπόλεως Αγκύρας
Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίυ.

Jovi Soli Magno Serapidi & ejusdem
Templi Diis, Servatores Dioscuros
Pro Imperatorum salute,
Et victoria & perennitate M. Aurelii
Antonini & M. Aurelii
Commodi, & universae
Ipsorum domus, & pro Senatu, &
Populo Metropolis Ancyrae
Apollonius Apollonii (filius).

Sub M. Aurelio.

Mem. de Med. t. 2. p. 86. ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. αὐτοκράτωρ Μ. Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος. *Imperator M. Aurelius Antoninus.* Caput M. Aurelii laureatum. ΜΗΤΡΟ ΑΝΚΥΡΑC. Μητροπόλεως Ἀγκύρας. *Metropolis Ancyrae.* Fortunae typus. (1. *m.*)

Sub L. Vero.

Num. Gr. p. 62. ΜΗΤΡΟΠ. ΑΓΚΥΡΑΝΩΝ *Metropolis Ancyranorum.* Salus stans pascit Serpentem. (2. *m.*)

Sub

Sub Commodo.

ΜΗΤΡΟΠΟΛ'Σ ΑΝΚΥΡΑ. *Metropolis Ancyra.* Caput muliebre velatum turritumque. (1. *m.*) Ibidem p. 67.

Sub Septimio Severo.

ΜΗΤΡΟ. ΑΝΚΥΡΑC. *Metropolis Ancyrae.* Cybele in templo distylo dext. sceptrum, sin. cornucopiae, pro pedibus Leo. (2. *m.*) Ibid.

Eadem Epigraphe. Aquila cippo insistens duo inter signa militaria. (2. *m.*) Ibidem.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΝΚΥΡΑC. *Metropolis Ancyrae.* Cybele Leone vecta dextram tympano imponit. (1. *m.*) Ibid.

Cybelem nusquam gentium tam religiose cultam quam in *Asia Minore* cuilibet notum arbitror. Mirum sane si varia inter Numina quae in nummis *Ancyranorum* & *Pessinuntiorum* expressa sunt, Mater Deum oblita fuisset.

ΑΥ. ΚΑΙ. Λ. CΕΠΤΙΜΙ. CΕΟΥΗΡΟC. ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λύκιος Σεπτίμιος Σευῆρος Αὐγῦςος. *Imperator Caesar Lucius Septimius Severus Augustus.* Caput Septimii Severi laureatum. CΕΒΑCΤ. ΗΡΑΚΛΕΩΝ. Σεβαςηνῶν Ηρακλέων *Sebastenorum & Heracleotarum Concordia.* Duo templa columnis quatuor instructa, quas inter porticus, & sub ea suggestus in quo stans Hercules dextra clavam tenet, sinistra Leonis exuvias. Mel. de Med. t. 2. p. 123.

Concordiae *Ancyranorum Galatiae* cum *Heracleotis Bithyniae* memoriam consecravit hic nummus. Inde Sacrorum Communio quae conjunctis duorum templorum schematibus indicatur orta est. Inter utrumque stat in suggestu Hercules Urbis utriusque Deus tutelaris. Nemo nescit *Heracleam Herculi* a quo nomen duxit consecratam esse.

In Julia Domna.

ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Julia Augusta.* Caput Juliae Domnae. In aversa. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΝΚΥΡΑC. *Metropolis Ancyrae.* Templum a latere expressum. (1. *m.*) Mel. de Med. t. 2. p. 130.

Eadem epigraphe. Caput idem. In aversa. Eadem epigraphe. Aquila legionum duo inter signa. (1. *m.*) Ibidem.

Sub Caracalla.

Num. Graec. p. 98. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΑΝΚΥΡΑϹ. *Metropolis Ancyrae. Bacchus* in curru binis pantheris vecto dextra poculum, finistra thyrsum tenet. (1. *m.*)

Bacchi insignia perspicua nullo commentario indigent. *Galatarum* levitatem & propensionem ad usurpandos mores & religionem exterarum gentium olim notavimus agentes de indole *Tectosagum*. *Herculis*, *Cereris*, *Bacchi*, *Palladis* effigies in nummis eorum signatae, ostendunt Graecis permixtos, ut fert nomen *Gallograecorum* Graeca Numina, ne ipso quidem *Sileno* neglecto quem Alumno suo ultro subjungimus, adorare caepisse.

Eadem epigraphe ac supra. *Silenus Caudatus* dextra extensa pedum tenet, sinistra saxo innititur. (3. *m*)

Deor. Concil. p. 1096. ed. 1615. *Bacchi* nutritorem arguit Cauda quam *Lucianus* in joculari sua *Sileni* imagine non omisit. Pedum quod sinistra tenet Sylvestri Numini accomodatum gestamen est.

Num. Gr. p. 98. Eadem epigraphe. *Deus Lunus* cum pileo Phrygio dextra victoriam, sinistra hastam tenet, pede clypeo imposito. (2. *m.*)

Ibid. Eadem epigraphe. *Pallas* galeata stans dextra victoriam, sinistra hastam pede galeae imposito. (2. *m*)

Eadem epigraphe .... Vas in quo spicae & papaver. (3. *m.*)

Spicas & papaver pertinere arbitror ad cultum *Cereris*

Phurn. in Cerere. cujus imaginem praefert nummus quem sub Imperatore Geta describemus. *Consecrant ei quoque*, ait Phurnutus, *papavera juxta narrationem. Nam rotundum & orbiculare statuunt figuram terrae quae est sphaerica, & inaequalitas cavitates*

Georg. l. 1. v. 212. & Schol. ibid. *& tubera montium*. Hinc nimirum *Cereale papaver* a Virgilio canitur.

Num. Gr. p. 98. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗϹ ΑΝΚΥΡΑϹ ΜΗΤΡΟ. *Antoninianae Ancyrae Metropolis. Aesculapius* stans cum baculo cui serpens circumvolutus. (2. *m.*)

Hic nummus hactenus unicus est in quo *Ancyra Antoninianae* urbis nomen habeat de nomine Imperatoris Caracallae, quemadmodum ab Augusto *Sebaste* dicta fuerat. *Aesculapio*, cujus imago hic expressa est, dedicata erant Certamina ΜΕΓΑ-

Supra num. III. ΛΟΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ in Inscriptione supra edita & ΑΣΚΛΗΠΙΑ in nummis quatuor sequentibus memorata.

Num. Gr. p. 98. ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΚΥΡΑϹ. *Metropolis Ancyrae*. Mulier stolata stans, dextra urnam cum palmae ramo, sinistra anchoram tenet. (1. *m.*)

Duae

. . . . Duae urnae e quibus ſurgunt duo palmae rami. (2. *m.*)

. . . . Vas anſatum in quo palmae duae. (3. *m.*)

ΜΗΤΡ. ΑΝΚΥΡΑϹ ΑϹΚΛΗΠΕΙΑ ϹΩΤΗΡΕΙΑ ΙϹΘ ΠΥΘΙΑ. Μητροπόλεως Ἀγκύρας Ἀσκλήπεια Σωτήρεια Ἴσθμια Πύθια *Metropolis Ancyrae Aſclepia, Soteria, Iſthmica, Pythia*. Mulier turrita ſedens dextra urnam in qua palma, ſiniſtra templum ſex columnarum ſuſtinet. (1. *m.*)

Ibidem & Nummoph. Reg. Chriſt. tab. 27. num. ult.

Circa ambitum. ΜΗΤΡ. ΑΝΚΥΡΑϹ. Templum diſtylum cujus in media area legitur. ΑϹΚΛΗΠΕΙΑ ϹΩΤΗΡΕΙΑ ΙϹΘ ΠΥΘΙΑ. *Aſclepia, Soteria, Iſthmica, Pythia*. (3. *m.*)

Num. Gr. Ibid.

Circa ambitum. ΑϹΚΛΗΠΙΑ ϹΩΤΗΡΕΙΑ. in area. ΙϹΘ. ΠΥΘΙΑ. In imo. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ ΑΝΚΥΡΑϹ. Duae urnae cum palma, vaſe anſato intermedio. (1. *m.*)

Ibid.

Circa ambitum. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΝΚΥΡΑϹ. Duae urnae cum palmae ramis. ΑϹΚΛΗΠΙΑ in una: ϹΩΤΗΡΕΙΑ in altera; ΙΣΘ ΠΥΘΙΑ ſub his.

Ibid.

Septem nummi praecedentes ad celebrationem *Aſclepiorum*, *Soteriorum*, *Iſthmicorum*, *&* *Pythiorum* Certaminum pertinent, quorum duo prima *Aeſculapio* dicata erant. *Vaillantius* conjicit *Soteria* inſtituta fuiſſe ob ſanitatem *Caracallae* reſtitutam, & annua fuiſſe, Magna vero quae in lapidibus Μεγαλο-Ἀσκληπιεια vocantur quinquennalia, ut erant in *Epidauro*: haec duraſſe poſt obitum *Imp. Caracallae* illa deſiiſſe eo mortuo, ſiquidem eorum mentio nulla occurrit in nummis.

Num. Gr. p. 331. 332. 336. 341.

Iſthmica Certamina *Neptuno*, *Pythia Apollini* conſecrata, illa triennalia, haec quinquennalia erant.

Quatuor hi ludi anno quo Ἀσκλήπιεια inſtituta ſunt, vere occurrerunt, ideo que in quarto quem protulimus nummo unica urna deſignantur, quaſi quaedam eſſet omnium continuatio. In eo Urbis Genius ſub imagine mulieris turritae dextra urnam ſiniſtra templum ſuſtinet ſex Columnarum, in honorem Caracallae exſtructum, ſi quid valet *Vaillantii* conjectura. Templum diſtylum, quod in nummo quinto conſpicitur, *Aeſculapii* eſt. Conſuli poſſunt quae de diverſis illis Certaminibus *Ezech. Spanhemius* in epiſtola jam laudata fuſe & erudite, ſuo more, diſſeruit, quanquam dubito an valde placitura ſit rem attentius perpendenti ipſius opinio cujus ſumma haec eſt: *Iſthmica* & *Pythia* Certamina *Aſculapio* perinde ac *Aſclepia* dicata eſſe, utraque autem in nummis addita eſſe *Aſclepiis*, qua haec celebrabantur apud Galatas *omni Certaminum* & *feſtivitatum genere*

Ep. I. ad And. Mor. paſſim. & praeſertim a num. V. ad num. IX. in Goth. num. p. 467. & ſeqq. uſque ad 477.

quo

quo uti folebant in *Ifthmicis & Pythiis*, *Gymnicis quidem & Poeticis qualia in Ifthmicis frequentata erant*, *Muficis autem Citharaedorum vel Πυθαύλων id eft Tibicinum*, *quibus Pythia maxime nobilitabantur*.

Ibid. n. XI. Goth. Num. p. 479. & feqq. — Palmae ut fupra monuimus, indicia funt victoriae in certaminibus partae, Urnae praemia victorum exhibent, quae vulgo fuerunt argentea vafa fcite elaborata.

Num. Gr. p. 98. — ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΚΥΡΑC. Victoria gradiens dextra coronam, finiftra palmam. (2. *m.*)

..... Aquila Legionaria duo inter figna militaria. (1. *m.*)

...... Templum fex columnarum (1 *m.*)

...... Templum octo columnarum (1. *m.*)

Nummoph. Reg. Chr. tab. 28. n. 1. — ...... Ara ignita.

In Septimio Geta.

Num. Gr. p. 116. — ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΑΝΚΥΡΑC. Ceres velata ftans dextra fpicas, finiftra taedam. (2. *m.*)

Supr. Infcr. X. — *Cereris* quoque mentio extat in lapide *Ancyrano* fupra edito, in quo quis laudatur quod facris Deae bis functus effet. ἱερασάμενον δὶς Θέας Δημήτρός.

Num. Gr. Ibid. — ΜΗΤΡΟΠΟ. ΑΝΚΥΡΑC. Fluvius Halys decumbens dextra arundinem. (3. *m.*) hunc typum illuftrat *Tzetzis* verfus fequens.

Tzetz. Carm. 11. de Mida. — κ̔ κτίσαι πόλιν Ἄγκυραν Γαλατικὴν πρὸς Ἅλυν.

Et condidiffe Urbem Ancyram Galaticam ad Halyn.

Non modico tamen fpatio a fluvio Haly fita fuit Ancyra; Vide *Cellarium Geogr. Ant. t. 2. p.* 176.

Num. Gr. Ibid. — Eadem Epigraphe ac fupra. Mulier tunicata & turrita ftans, dextro pede capiti bovis impofito, dextra fcipioni innixa finiftra victoriam tenet. (2. *m.*)

Caput bovis cui fub imagine Mulieris turritae Urbs *Ancyra* innititur, Agriculturae qua maxime floruit *Galatiae Metropolis* infigne manifeftum eft.

Rec. de Peup. pl. 136. n. 8. — Π. CΕΠΤ. ΓΕΤΑC ΚΑΙ. Πούπλιος Σεπτίμιος Γέτας Καῖσαρ; *Pub. Septimius Geta Caefar*. Caput Getae laureatum. In averfa. CΕΒΑCΤΗΝΩΝ. *Sebaftenorum*. *Deus Lunus* tunicatus pileo Phrygio tectus cum Luna crefcente humeris falcata dext. haftam

Ibid. t. 3. p. 255. 256. — finiftra poma ferens. (ad Ancyram Galatiae an Phrygiae pertineat hic nummus ambigitur.)

Sub

Sub Trajano Decio.

ΜΗΤΡΟΠ ΑΝΚΥΡΑC. Tres urnae, in qualibet duae palmae insitae. (2 *m.*) Num. Gr. p. 168.

ΑΝΚΥΡΑC. ΜΗΓ. Β. Ν. Α'γκύρας Μητροπόλεως Β. (δὶς) Νεωκόρου. *Ancyrae Metropolis bis Neocorae*. Tres urnae duobus palmae ramis insitia. (2. *m.*) Ib. p. 176. Num. moph. Reg. Chr. t. 38. n. I.

Nullus extat Ancyrae nummus in quo *Neocora* vocetur ante Valeriani Senioris regnum, sub quo bis *Neocora* dicitur. Hinc lis orta est de tempore quo *Neocora* facta est. *Vaillantius* arbitratus est *Neocoram* primum dictam esse sub regno Caracallae, fide nummorum hujus Imperatoris qui ludorum imaginem praeferunt; e contra *Pellerinius* hoc argumentum ut nimis leve rejicit, quia in iis etsi non pauci sunt, urbs Ancyra *Neocora* numquam dicitur, contendit que Lucii Veri nummum in quo Ancyra urbis *Neocorae* titulo insignitur (quem tamen *Vaillantius* ignoravit) ad Ancyram Phrygiae non Galatiae referendum esse. Num. Gr. p. 217. Mel. de Med. t. 2. p. 282. 283. eod. tom. p. 98. 99.

C. B. N ΑΝΚΥΡΑC. Idem typus ac supra.

A. C. B. N. in exergo, ΑΝΚΥΡΑC. Typus idem. Goth. Num. in ep. Spanh. ad Mor. I. n. xI. p. 479.

Ezechiel Spanhemius & Andreas Morellius legunt Α'ρίςων Σεβαςῶν δὶς Νεωκόρων, prout Μεγίςων Α'ρίςων legitur in alio insigni nummo qui sub eodem *Valeriano* & duobus filiis cusus est & in priori specimine *Morellii* prostat, qui si *Ancyranus* esset nihil morarer Spanhemii interpretationem amplecti; cum autem alterius urbis sit epigraphem prioris nummi sic explicare malo, Σεβαςῆς Β. Νεωκόρυ Α'γκύρας. *Sebastes bis Neocorae Ancyrae*. Secundi vero, Α'γκυρανῶν Σεβαςήνων Β. Νεωκόρων. *Ancyranorum Sebastenorum bis Neocororum*.

Sub Gallieno.

ΠΟΥ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. CΕΒ. Πόπλιος Λικίνιος Ε'γνάτιος Γαλλιηνὸς Σεβαςός. *Publius Licinius Egnatius Gallienus Augustus*. Caput Gallieni radiatum. In aversa ΑΝΚΥΡΑC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC Β. Ν. Α'γκύρας Μητροπόλεως Β. Νεωκόρυ, *Ancyrae Metropolis bis Neocorae*. Homo gradiens dextra proram velumque navis, sinistra anchoram tenet. (1. *m*) Mel. de Med. t. p. 221.

Aenigma quod praefert nummi postica pars solvere facile non est. Certe aliquam cognationem habet cum imagine Serapidis quam supra observavimus in nummo Imperatoris Antonini Eod. t. p. 75.

iisdem

iisdem insignibus ornatam, modio tamen quem gerebat in capite a praecedenti icuncula absimilem.

Num. Gr. p. 180. МНТ. АГКТ. *Metropolis Ancyrae*. Vasa tria cum palmis. (2. *m*)

Ibid. АГКТРАС. МНТРОП. *Ancyrae Metropolis*. Lupa cum puerulis Romulo & Remo. (3. *m*.)

Ead. pag. . . . АГКТРАС. МНТРОПОΛЕΩС. B. N. *Ancyrae Metropolis bis Neocorae*. Typus idem. (3. *m*.)

Nummi duo praecedentes fidem & obsequium Ancyranorum in Romanos testantur, ideoque signati fuisse videntur.

Ibidem. ΑΝΚΥΡΑС. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *Apollo* nudus stans dextra coronam gerit, sinistro cubito lyrae impositae columnae innititur. (2. *m*.)

In Salonina.

Num Gr. p. 185. ΑΝΚΥΡΑС. ΜΗΤ. B. N. *Ancyrae Metropolis bis Neocorae*. Urna in qua scriptum legitur AKTIA. Desuper palmae ramus. (1.*m*.)

Num. Gr. p. 329. *Actia* festa erant *Actio Apollini* (eidem forte qui in praecedenti nummo effingitur) consecrata. Ea Augustus devicto ad *Actium Antonio* magnificentius edidit. *Vaillantius Ancyrae* celebrari coepta esse conjicit Gallieni aut Valeriani Senioris, sub quo bis *Neocora* vocatur, temporibus.

N U M M I

Galatarum Tolistobogiorum Pessinuntiorum.

Sub Antonino Pio.

Thes. Brit. ed. 1763. t. 1. p. 253. tab. 25. n. 1. AT. K. A. AΔP. ANTΩ. EYCE. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αἴλιος Ἁδριανος Ἀντωνεῖνος Εὐσεβὴς. *Imperator Caesar Aelius Hadrianus Antoninus Pius*. Caput Antonini Pii laureatum. In aversa. ΓΑΛ. ΤΟ. ΠΕССΙΝ. Γαλάτων Τολιςοβογίων Πεσσινουντίων. *Galatarum Tolistobogiorum Pessinuntiorum*. Fluvii imago jacens.

Τολιςοβογίων. *Tolistobogiorum* de quibus *Stephanus Byzantinus*. *Tolistoboii*, inquit, *gens Galatarum Occidentalium qui*

ex

ex Celtogalatia in Bithyniam migravere. *Eratostenes* autem in primo Galaticorum *Tolistobogios* eos vocat. *Tolostobogi* vocantur iidem apud *Memnonem*, sicque in vetustissimis *L. Flori* codicibus a *Claudio Salmasio* laudatis qui eam lectionem usurpavit. Memn. ap. Phot. p. 721. ed. 1611. Florus Lugd. Bat. 1655. t. 2. c. 11.

Πεσσινουντίων. *Pessinuntiorum*. *Ammianus Pessinunta* Phrygiae quondam nunc Galatiae oppidum vocat. Idem de nominis origine. *Quamobrem*, inquit, *hoc nomine oppidum sit appellatum variant rerum Scriptores*. *Quidam enim figmento Deae caelitus lapso*, ἀπὸ τῦ πέσειν, *quod cadere nos dicimus*, *urbem asserunt cognominatam*. *Alii memorant Ilum Trois filium Dardaniae Regem locum sic appellasse*. *Theopompus non Ilum id egisse*, *sed Midam affirmat Phrygiae quondam potentissimum Regem*. Alii narrant pugnam illic inter *Ilum* Phryga *Tantalumque* Lydum sive de via ortam, sive potius ob raptum *Ganymedis*, cumque diu aequis viribus dimicassent, & multi utrinque cecidissent, nomen ex ea clade loco esse impositum. Verum utraque *ratio fabulosa* ut ait *Doct. Cellarius & nihili facienda*. *Pessinuntem Tolistobogiorum* Urbem Primariam Emporiumque in ea regione maximum fuisse citra dubium est. Amm. Marc. l. 26. p. 327. l. 19. p. 219. Tzetz. in Alex. p. 64. Plin. l. 5. c. 32. Strab. l. 12. p. 567.

Fluvium qui jacens conspicitur *Sangarium* esse, qui ex *Bithynia* fluens *Pessinuntem* pene alluit, prior viderat *Franc. Haymius*. Thes. Brit. t. 1. p. 254.

Sub M. Aurelio.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. *Aurelius Caesar*. M. Aurelii caput, In aversa. ΓΑΛ. ΤΟΛΙϹ. ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Galatarum Tolistobogiorum Pessinuntiorum*. *Mercurius* nudus stans cum Caduceo. Ibid. t. 1. tab. 25. n. 2.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ. ΚΑΙϹΑΡ. *Aurelius Caesar*. M. Aurelii caput. ΓΑΛΑΤ. ΤΟΛΙϹ. ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Γαλάτων Τολιςοβογίων Πεσσινουντίων. *Diana* veste succincta dextra sagittam depromit ex pharetra, sinistra arcum tenet. (2. *m.*) Méd. de Peup. t. 3. pl. 128.

Haec duo Numismata mirae raritatis, ut & praecedens, sola sunt in hac nummorum *Galaticorum* serie in quibus *Dianae* & *Mercurii* effigies spectentur.

Mercurius in Aurelii nummo, inquit Haymius, *ostendit Pessinuntios origine alioqui Gallos illis Diis maxime devotos fuisse qui a Gallis potissimum colebantur*. *Teste Julio Caesare Deum maxime Mercurium colunt* . . . . Equidem cultus *Mercurii* Thes. Brit. t. 1. p. 254.

curii & *Dianae* originem a Graecis repetere mallem. Graecorum enim Numina *Galatae* rerum quae novitatis speciem prae se ferebant studiosissimi avide acceperunt.

N U M M I

Pessinuntiorum.

Num. Gr. p. 18. ΠΟΠΠΑΙΑ. CEBACTH. Π Ε (σσινουντίων) *Poppaea Augusta Pessinuntiorum. Flos* Loti duas inter spicas decussatim in laurea. (2. *m.*)

Sub Trajano.

P. 39. ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Pessinuntiorum. Hercules* stans dextra pateram, sinistra clavam. (3. *m.*)

Sub M. Aurelio.

P. 56. ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Pessinuntiorum. Apollo* stans cum lyra supra tripodem. (1. *m.*)

. . . . *Hercules* stans dextra clavam cui innititur, sinistra spolia. (1. *m.*)

. . . . *Aesculapius* stans dextra scipionem cui serpens involvitur. (1. *m.*)

Ibid. ΒΟΥΛΗ ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Senatus Pessinuntiorum.* Caput juvenile turribus ornatum.

Nummus hic Monumentum unicum est in quo mentio sit *Senatus Pessinuntiorum. Ancyranus* ex Inscriptionibus supra editus n. IV. V. IX. & ea quam ad nummum *Antonini* qui *Serapidis* imaginem exhibet, protulimus, notus est.

Ibid. ΕΠΙ. ΙΟΥΕΝΤΙΟΥ. ΚΕΛ. ΠΕCCΙΝ. ἐπὶ Ἰουεντίου Κέλσου Πεσσινουντίων. Sub *Juventio Celso Pessinuntiorum. Hercules* dextra innititur clavae Leonis spoliis onustae. (3. *m.*)

Sub Lucio Vero.

ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Pessinuntiorum.* Imperator paludatus stans, dextra pateram tenet. (3. *m.*)

Eadem epigraphe. *Cybele* turrita leone vecta dextra tympanum, finistra sceptrum gerit (2. *m.*)

Urbs *Pessinus* antiquo fano *Cybeles*, *Agdistis* vocatae, ut supra animadvertimus ad Inscriptionem primam (Inter addendas) commendabatur.

Sub Julia Domna.

ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΑ. *Julia Augusta*. Caput Juliae Domnae. In aversa ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ *Pessinuntiorum*. Figura muliebris (ipsa forte Imperatrix) dextra vestem sublevat, finistra hastae innititur. (1. *m.*) Mét. de Méd. t. 2. p. 137.

ΙΟΥΛΙΑ. ΔΟΜΝΑ. ϹΕΒ. Caput idem. ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Pessinuntiorum*. Typus Fortunae solitus. (2. *m.*) p. 137. 138.

In Caracalla.

ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Pessinuntiorum*. Senex seu rusticus barbatus dextra tenet iconculam, nempe *Cupidinis*, si conjecturae *Vaillantii* fides adhibenda. (1. *m.*) Num. Gr. p. 108.

Eadem epigraphe. *Minerva* galeata stans dextra pateram, finistra hastam. (1. *m.*) Ibid.

. . . . Mulier tunicata stans dextra pateram, finistra spicas. (1. *m*)

Cererem modo vidimus in nummo Gallieni Ancyrano dextra spicas gerentem. (1. *m.*)

In Septimio Geta.

ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ *Pessinuntiorum*. Templum sex columnarum a latere situm. (1. m.) Ibid. p. 119.

. . . . *Pallas* galeata cum hasta & clypeo stans. (1. *m.*)

 Trocmo-

Trocmorum Tavianorum

NUMISMATA

Sub Septimio Severo.

Num. Gr. p. 88. CE. TP. TAOYIANΩN. Σευηριανῶν Τρόκμων Ταυιανῶν. *Severianorum Trocmorum Tavianorum*. Taurus furens. (2 *m*.)

Ibid. Eadem epigraphe. *Apollo* ſtans ſub lauro arbore dextra plectrum tenens, ſiniſtra columnae impoſita lyram. (2 *m*.)

Σευηριανῶν. *Severianorum*. Quemadmodum Ancyrani ab *Augusti* nomine *Sebaſteni*, a nomine *Caracallae Antoniniani* dicebantur, ita *Trocmi* in honorem *Septimii Severi Severianorum* nomen ſumpſere.

Str. l. 12. p. 567. Ταυιανῶν. *Tavianorum*. *Tavium* Urbs Primaria fuit Galatarum *Trocmorum* de quibus *Strabo*. *Tria ipſis caſtella ſunt: Tavium, emporium eorum locorum, ubi Jovis eſt coloſſus aeneus & ſacer locus, unde fontem abduci eſt nefas ..... Mitridatium & Danala.*

In Julia Domna.

Num. Gr. p. 95. Eadem epigraphe ac ſupra. Mulier ſedens in rupibus, dextra ſpicas tenens, pro pedibus fluvius emergens. (2. *m*.)

. . . . Fortuna ſtolata ſtans dextra temonem, ſiniſtra cornucopiae. (2. *m*.)

. . . . Duo ſigna Militaria, Aquila legionaria in cippo intermedia. (2. *m*.)

Rupes in priori nummo ſitum exhibent oppidi ſive caſtelli *Tavianorum* deſignati mulieris ſedentis imagine. Amnis eſt fluvius *Halys* qui e Cappadocia decurrens & *Trocmorum* regionem a Ponto diſterminans prope *Tavium* fluit.

In Caracalla.

Mél. de Méd. t. 2. p. 154. MAP. AYP. ANTΩNINOC. *Marcus Aurelius Antoninus*. Caput Caracallae radiatum.

CE.

CE. TP. TAOTIANΩN. *Severianorum Trocmorum Tavianorum*. Serpens supra aram. (3. *m.*)

In Elagabalo.

Eadem epigraphe ac supra. Typus idem. (3. *m.*) Num. Gr. p. 129.
. . . . Imperator paludatus in quadrigis dextra scipionem eburneum tenet. (2. *m.*)

Abassenorum

N U M M U S.

Historiae Galliarum Er. Scriptores Galatis vendicant nummum Severi insequentem in *Abasso* signatum, quanquam oppidum in finibus Galatiae & Phrygiae situm inter utramque Provinciam anceps sit. Hist. des Gaules. t. 2. p. 11.

AYT. KAIC. Λ. CEΠ. CEOYHPOC. CEB. *αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σευῆρος Σεβαστὸς Imperator Caesar Septimius Severus Augustus*. Caput Severi laureatum. ABACCHNΩN. *Abassenorum*. *Jupiter* sedens dextra pateram, sinistra hastam, ad pedes Aquila. (2. *m.*) Vaillant. Num. Gr. p. 79.

Jovis effigies in nummis Galatarum prorsus insolens est, idque miror eo magis quod aeneus qui apud *Tavianos* extitit Colossus certissimum cultus *Jovis* indicium est.

Finis Synopsis.

V I T I A.

Pag. 45. vers. 37. *precesset* lege *praeesset*.
Pag. 68. vers. 23. KAΓANTOΛOY lege KAIANTOΛOY.

